














Index
Medical
Campolongus




ÆMILII CAMPOLONGI
MEDICINAE THEORICÆ IN GYMNASIO PATAVINO PROFESSORIS LIBER Vnus

DE ARTHRITIDE
Cui acceßit.

ANTONII SNEEBERGERI TIGVRINI ENVMERATIO MEdicamentorum facilè parabilium aduersus omnis generis articulorum dolores.

Pandem

Anno Dñi ciↃ.IↃ xcii.



Spiræ Nemetûm Ciuitatis Imperialis liberæ:
Apud Bernardum Albinum.







CAPITVM INDEX



ad ar-

INDICIS CAPITVM FINIS.



INDEX ALPHABETICVS HVIVS LIBRI.



A

E

F

G

H


I

L


M

FINIS.





ÆMILII CAMPOLONGI DE ARTHRITIDE LIBER.



Propositio omnium, de quibus futurus est sermo.
Cap. Primum.

DE Arthritide verba facturus, tria censeo esse consideranda. Primum est natura indicantium omnium ad arthritidem attinentium; alterum, quę sint auxilia, auxiliorumq; materiæ, & rectus vsus; tertium, quænam sit secundum articulos affectos medicamenti cuiusq; compositi necessitas. Quò verò melius quod primo loco duxi pertractandum, explicetur, primùm arthritidis definitionem in medium afferam, deinde omnes illius caussas atque differentias, mox arthritidis signa demonstratiua, eiusq; differentiarum, tandem etiam prognostica.

Quid nomine Arthritidis sit intelligendum, & quæ sit illius natura. Cap. 2.

DEfinitioni autem quoniam nominis interpretatio rectè præmittitur, arthritidem dicimus à læsa particula nomen sumpsisse, quasi articulorum affectum, teste Gal. 2. Meth. 2. De eius verò existentia, causaq; existentiæ, non est quod loquamur, cum constet nunc affectum reperiri, & velut præter naturam nullius finis gratia esse genitũ. Accedentes igitur ad ipsius definitionem, Arthritidem definimus tristem sensationem ten-

siuam partium, quæ articulis proximæ sint, sensu tactus præditarum, ex redundante materia in locis articulorum existēte profectam, & partium affectarum vires lædentem.

Cur dictum sit arthritidem esse tristem sensationem tensiuam, & dubitationis cuiusdam solutio. Cap. 3.

NOn abs re superiore Capite dicta est arthritis sensatio tum tristis, tum tensiua: tristis, quia omnis dolor tristis sensatio: tensiua, quia ex sententia Galeni, Aetij & Pauli non gignitur hic affectus, nisi confluat materia redūdās, quæ repleat loca articulorum, ad quorum repletionem partes sensitiuæ distendantur. hinc enim solutio vnitatis exoritur, & dolor, qui dicitur arthritis. hic arthritidis ortus, hæc origo: nil ergo mirum si arthritidem statuamus dolorem tensiuum, seu tristem sensationem tensiuam. Verum occurrit hoc loco dubitatio, nam Gal. 3. Aphor. vlt. dolores articulorum inquit prouenire ex instrumentorum, quæ natura fabricauit ad articulorū motionem, frigiditate. Hippocrates verò 3. aphor. 16. in siccitatibus dolores articulorum contingere docet: cuius rei Galenus in Com. reddens rationem in hæc verba prorumpit: si enim immodicæ temporum siccitates consumpserint articulorum humiditatem, difficilem motum & siccitatem efficiēt: fortè verò, & nonnunquam dolorem. Præterea dolor ex vulnere vsque ad articulum articuli dolor existit, cum tamen nullus ex propositis tensiuus dici queat, siue ex intemperie frigida aut sicca, siue ex vulnere proueniat. Galenus in Com

prædi-

prædicti Aphor.16.tertiæ particulæ inquit, dolorem articulorum à siccitate propriè arthritidem dici non debere, nisi quis omnem dolorem articulorum arthritidē velit appellare. ex quibus verbis colligo arthritidē duob⁹ modis capi posse nēpe cōiter pro quocunq; dolore articulorum, & propriè pro dolore articulorū ex materię redundantia, quo modo passim accipitur à Galeno, pręcipuè verò decimo de comp. medicamentorū secundum loca cap. 2. dolor articularis priore modo consideratus non est tensiuus; posteriore verò, quemadmodum in præsentia sumitur, tristis sensatio tensiua dicendus est.

Quid per partes sensitiuas articulorum intelligendum sit, & cuiusdam dubij solutio. Cap. 4.

PArtium sentientium articulis proximarū nomine, quarum dolorem Arthritidem nuncupamus, cum Gal. 6. Aphor. 49. in audiendi sunt nerui & tēdines, nec non cum eodē 2. de locis aff. 1. membranæ articulis contiguæ: nerui enim & tendines quamuis nō repleantur, cū articulationibus tamen extenduntur; membranæ verò tum replentur, tum extenduntur. in eo tamen hęc tria partium genera conueniunt, quod dolorem suscipiant: ossa verò, cum sensus sint expertia, vt voluit Aristot. 2. de partibus animal. cap. 9. & Galenus 16. de vsu partium 2. dolorē suscipere nequeant. Vnde credidit Aretæus secundo de morbis diuturnis capite 12. ossa non esse in hoc affectu ab omni dolore libera, putandum est ipsum non accepisse ossa à periostijs seiuncta, sed ijsdem inuo-

luta. hoc enim modo nemo negauerit ossa dolorem pati, cum tamen verè patiantur arthritidem partes solæ sensitiuæ articulis proximiæ. Nomine articuli intelligenda est ossium connexio, vel ipsa pars profunda ossis quæ connectitur cum caua; veluti docuit Gal. ex sententia Hippoc. 1. de artic. 1. & lib. de ossibus cap. 1. Ex iis quæ iam dicta sunt quæsierit fortasse aliquis, cur nam arthritis, quam dolorem diximus membranarum, tendinum & neruorum, Medicis vocetur dolor articulorum? Nos verò hoc inde prouenire affirmamus, quod doloris nomine nonnunquam doloris causa, non tristis sensatio intelligatur, in hac enim significatione ipse Gal. dolorem accepit 2. de composit. medicamentorum secundum loca ca. 2. vbi dolorem persentire cerebri substantiam affirmat, quam tamen constat, vtpote sensus expertem, doloris non esse capacem. similiter neque articuli, siue pro ossium extremitatibus, siue pro ipsorum connexionibus accepti verè doleant, quippe qui omni sensu carent; sed quemadmodum ipsa cerebri substantia non rarò doloris caussam in se continet, ita & articuli; qua ratione licet minus propria cerebri substantia, & articuli dolere dicantur, doloris enim nomine sæpe doloris caussam significari patet ad Hippoc. apud Gal. 2. aphor. 6. Proprius itaque dicitur articularis dolor partium sentientium articulis proximarum, quoniam aliarum partium sentientium arthritidis dolor non existit.

Cu-

...ur caussa arthritidis statuatur materia redundans, & quid per articulorum loca intelligendum sit. Cap. 5.

CAusa ex qua arthritis producitur, est materia redundans, de qua postea sermo fiet. nunc verò illud nosse satis sit, arthritidem propriè sumptá ac vna causa ab omni alio dolore articulari distingui ac separari, id quod neutiquam fieret, si vnitatis solutio arthritidis caussa constituta foret. nam ab vnitatis solutione nullus non dolor, nedum articularis pendet. Accedit quod nobis visum est proponere causam remedijs indigentem, huiusmodi est non solutio vnitatis, sed materia redundans. quinimo inter materiam & doloré non modo solutio vnitatis intercedit, verum etiá tensio. à materia enim redundante tensio, à tensione solutio vnitatis, à solutione deniq; vnitatis dolor proficiscitur. Nos tamen non modo solutionem vnitatis prætermittere maluimus, quàm arthritidis caussam assignare, sed etiam tensionem, quia cú tensio sit magnitudo aucta ex materia tendente, est quidem ea ex numero illorum affectuũ, quos proposuit Gal. 1. de locis aff. 2. dicens nonnullos dari morbos adeò solutu faciles, vt ad ablationem caussæ efficientis, velut vmbra ad ablationé corporis tollantur. Cum igitur tensio & vnitatis solutio, quæ sunt caussæ mediæ inter materiam tendentem, & dolorem, auferantur ad ablationem caussæ efficientis; propterea in mediú allata caussa vtilia indicante, diximus fieri arthritidem à materia redundante, quæ quidem reperitur in locis articulorum. hęc porrò articulorum loca, vt pau-

lò inferius veterum auctoritate rationeq́; comprobabimus, sunt ligamenta, mẽbranulæ ossium extremitates cingentes, atq; articulorum cauitates, nõ autem nerui aut tendines. in his siquidem materia si redundet, fiet vtique teste Galeno 6. aphor. 49. in arthritide conuulsio; quam tamẽ experientia docet nunquàm in arthriticum cadere.

Cur dictũ sit in definitione arthritidem partis affectæ vires lædere, & dictorum omnium epilogus. Cap. 6.

QVoniam arthritis duobus modis considerari potest, vel vt symptoma, vel vt caussa; hactenus verò tradita est natura arthritidis sub ratione symptomatis; reliquum est, vt eiusdem, quatenus caussæ rationem obtinet, definitio proponatur. Dicimus itaq; arthritidẽ partis affectæ lædere vires, qm̃ in caussa est vt frustrata suis virib⁹ natura facultate deprauata fiat attractio, vt postea demõstrabitur, præterea etiã vt diminuta succedat nutritio, adeo vt dixerit Hipp. 6. aphor. vlt. partes affectas contabescere. ad hæc ex arthritide motus præter naturam ortum trahit, quoniam dum arthritici membrum affectum mouere tentant, dolor eorum augetur, quo fit vt subsistere cogãtur. Quamuis autem auctore Gal. vt docuit primo artis curatiuæ ad Glauc. 14. ex dolore articulorum proueniant Syncopæ, & vigiliæ; ideoq; facultates cordis & cerebri frustrentur suo munere; quia tamen hæc ex quacunq; arthritide non succedunt symptomata, sed ex vehementissima duntaxat, propterea dictum est ab arthritide lędi vires partis affectæ, aliarum partium non item. Ex ijs, quæ di-

ctis

a sunt, liquet, in definitione arthritidis iam tra-
ta continere causam formalem, materialem, &
fficientem. duplex est autem eius forma: quate-
us enim symptoma, est tristis sensatio tensiua:
uatenus caussa, lædens vires. duplex similiter in
a definitione apparet causa materialis, népe for-
æ, & efficientis caussæ: residet enim tristis sensa-
o tensiua in partibus sentientibus articulis pro-
nis; & caussa efficiens arthritidem, quæ est ma-
eriæ redundantia, non solum aliquando reperi-
ur sub periostijs, sed sæpe etiam in alijs locis arti-
ulorum non sentiẽtibus; quæ quidem loca cum
epleat distendatq;, efficit vt vna distendãtur ner-
i, & tendines. quare Paulus libro 3. de remedica
apite 78. optimè statuit neruos, & tendines affi-
i per consensum positiuum. nã ex sententia Gal.
aph. 49. colligit ad extensionem aliarum partiũ
xtendi neruos, & tendines, quamuis, vt postea
ace clarius apparebit, non solum nerui & tendi-
es, sed interdum quoque ligamenta per consen-
um positiuum afficiantur.

Quæ sint scitu necessaria ad exactam explicationem naturæ arthritidis, & caussarum eius antecedentium. Cap. 7.

QVò accuratius percipiatur arthritidis natura caussæque illius antecedentes, cognitu ne-
cessaria est materia extendẽs arthritidis procrea-
rix: ea verò quoniam non extenderet, nisi in locis
articulorum contineretur, propterea secundo lo-
co sciendum est, cur in eis detineatur; & quia ma-
teria in propositis locis non contineretur, nisi in-
ibi eius fieret generatio, aut receptio, propterea

tertio loco inquiremus vtrum in locis articulorũ generetur, an potius ibi recipiatur: constabit autẽ recipi: ideoque quarto loco rationem reddemus, cur recipiatur: & quoniam non reciperetur, nisi confluerct, idcirco peruestigabimus confertimne, an paulatim confluat: deniq; ostendemus cõfertim confluere: ad quem modum efficiendum præter mobile requiruntur terminus à quo, terminus ad quem, via per quam fiat motus, & mouẽs ipsum. hinc nobis incumbet ex officio docere, quisnam sit terminus à quo, quis terminus ad quẽ, quod spaciũ ipsius motus, à quonã motore fiat fluxio attrahentene, an transmittente; tãdem quænam sint caussæ attractionis, & transmissionis. quia verò non confluerct materia redundans attracta, aut transmissa, nisi in corpore reperiretur; ideo ad extremum patefaciemus, cur redundans materia in corpore reperiatur. decem igitur hæc capita quo ordine proposuimus, discutiem⁹.

Quæ sit materia efficiens arthritidem. Cap. 8.

QVod attinet ad materiam arthritidis effectricem Gal. 10. de comp. med. secundum loca ca. 2. dicit Arthritidem quandoq; fieri à sanguine, plerumq; verò à pituita, quæ temporis progressu crassior, & viscosior effecta, demum in tophos conuertitur: præterea à bilioso humore permisto quandoq; cum pituita, quandoq; cũ sanguine. Ex quibus verbis Trincauellius vir doctissimus colligere ausus est, ex bile syncera non posse arthritidem produci, quòd Galenus eam asserat à bile interdum permista cum sanguine, interdum

cum

um pituita procreari. quam ipsius sentétiam sic
ieri conatur; bilis est humor tenuis, quare ten-
ens ad partes cutaneas arthritidem efficere ne-
uit, propterea quòd, vt gignatur arthritis, neces-
e est vt humor ad partes internas, loca videlicet
rticulorum, fluat & ibi quoq; detineatur. Recé-
iorum vir quidam clarissimus hanc Trincauellij
ententiam hoc vnico argumento fulcire nititur:
ilis est humor acris, ergo si redundet, nó arthri-
dis tumores, sed vlcera efficiet. Verum hæc ser-
entia aduersatur sententiæ Auicennæ, Rasis, Ae-
j, & Pauli; addo etiá rationi. quo minus mirum,
neque ex verbis Galeni colligi vlla ratione pos-
t. Auicennas lib. 3. fen. 22. trac. 2. capite 5. dicit ar-
hritidem quandoq; produci à syncera bile: eius
erò sic pductæ cap. 6. signa proponit. Rases scri-
bit hunc effectum rarò à bile, rarissimè à melan-
cholia fieri. Aetius sermone quarti, tertij tetr. ca-
pite. 15. proponit signa arthritidis biliosæ, & cap.
18. eius curationem in medium adducit. idé etiam
Paulus lib. 3. de re medica cap. 78. facere videtur.
Aduersatur porrò hæc illorum sententia rationi.
Si enim arthritidé biliosus humor præ sua tenui-
tate producere nó posset, multo minus flatus vt-
potè bile longè tenuior id præstiterit. Auicennas
tamé capite sexto superius citato dicit arthritidé
quandoq; fieri à flatu; eiusq; sic productę propo-
nit curationem. Præterea experientia est cópro-
batum à syncera bile fieri affectus arthritide ma-
gis internos, cuiusmodi sunt pleuritis atq; phre-
nitis; quid igitur prohibet, quo minus arthritis

itidem ipsa à bile syncera procreetur? Insuper vt bile syncera tenui nequeat arthritis fieri, at fiet crassa bile, qualis est vitellina Græcorum, quæ ob vehementé calorem secundum partes tenues est consumpta, crassitie quidé & colore vitellis ouorum simillima. Adde quod ex Gal. verbis loco citato non potest colligi arthritidem ex syncera bile non fieri: quinimo cùm eodemmet auctore 3. aphor. 16. arthritis fiat ab humorib⁹ acribus, valdeq; calidis, putandum significare voluisse Galenum biliosos humores synceros potius, quá permistos, præsertim cum eorundem purgationem proponere videatur, libro quos, quando purg. oportet, &c. dicens articulorum dolores, si multo cum calore infestent, purgatione bilis amaræ indigere. Quod si ex verbis Galeni 10. de comp. secundum loca cap. 2. colligamus arthritidem non fieri à syncera bile, pariter inde esset colligédum, hunc affectum non fieri à syncera melancholia. quemadmodum enim de arthritide à bile syncera non loquitur ibi Galenus, ita neq; de eodem vitio à melancholia syncera producto verbú vllum facit. Aetius tamen huius proposuit signa capite. 17. & curationé capit. 34. Paulus etiam & Arabes de hac arthritide locuti sunt. Constat igitur Trincauellij sententiam esse reijciédam; eiusq; defensoris rationem solutu esse facilem. nam quamuis bilis sit humor acris, non tamen semper vlcera producit; imò iterum citra vllam exulcerationem producere cósueuit. quippe ad vlceris generationem requiritur non tantum humor valde acris;
sed

id etiam qui agat in partem vlceri generando idoneam, cuiusmodi nulla est partium articulis proximarum quòd hæ omnes duræ sint atq; terrestris substantiæ, ægreq; admodum ab humore acri exulcerentur; Concludamus itaq; ab omnib. humoribus synceris fieri posse arthritidem; ita tñ vt Rases optime existimauerit eandem plerunq; fieri à pituita, sæpe à sanguine, rarò à bile, rarissimè à melancholia. Ex omnium præterea sententia ab humoribus permistis arthritis fieri cõsueuit: quoniam verò ex humoribus velut fundamento eleuantur vapores, ideo Auicennas capite superius citato arthritidis à flatu proponit signa & curationem.

Dubitationis cuiusdam solutio, & sententiæ medicorum explicatio. Cap. 9.

QVę superiore capite constituta sunt, videntur etiamnum in controuersiam vocati posse, magnus enim Hippoc. 6. aph. 49. & cum eo Gal. in commento, præterea Aetius Sermone 4. tertij tetr. c. 7. dicunt arthritidem fieri ab inflammatione. quod si verum, consequens erit, huius affectus causam esse dumtaxat sanguinem: inflammatio namq; ex Galeni sententia lib. de diff. morb. c. 12. à sanguine ortum ducit. Hanc nos dubitationem vt è medio tollamus, dicimus inflammationem quandoq; capi pro tumore calido, renitente, dolorifico, qui ex Galeni sententia citato loco fit tãtum à sanguine. quandoq; pro omni tumore calido, quemadmodum accepit Galenus inflammationem lib. de cõstitutione artis medicæ capite 15.

vbi pleuritidẽ esse inflammationem à sanguine, bile, pituita, vel etiam melancholia genitam pronunciauit. hæc posterior acceptio medicis veteribus frequens est, qua intelligunt per inflammationem tumorem omnem calidum, non autem à sanguine solo genitum. si quis autem neget pituitam tumorem calidum posse efficere, verum id quidem est, si per se non efficere putetur: verũ ex accidenti nihil obstat, quo minus tumorem calidũ producat; id quod accidit, quando in locis articulorum detinetur: ibidem enim incalescit, articularemq; dolorem excitans, in causa est, vt fiat attractio humoris tenuis calidiq;. statutum igitur sit non tãtum à sanguine, sed ab alijs humoribus, nec non à flatibus arthritidem procreari.

Confutatur Fernelius, qui existimat à pituita sola oriri arthritidem. Cap. 10.

CEterum Fernelius lib. 6. suę pathologię vbi de Arthritide tractat, apertè asserit, eã neq; fieri à sanguine, neq; à bile, neque à melancholia, sed duntaxat, à frigido, & pituitoso humore; gloriaturq́; se rationis vi, artisq; vsu, huius sententiæ auctorem extitisse. Eius tamen opinioni (pace tanti viri dixerim) non modo cuncta medicorum schola reclamat, verum etiam ratio ipsa, atq; adeo experientia reluctatur. Galenus enim 10. de cõpos. medic. secundum loca ca. 2. ex sola sanguinis euacuatione quandam speciem arthritidis sublatam testatur; quam proinde sequitur à sanguine ortũ traxisse. Testis est etiam experientia, ruborẽ persæpe in parte dolente conspici, & caliditatem vehemé-

hementissimam persentiri; quocirca rationi consentaneum est, hanc arthritidem ab humore sanguineo produci. Huic obiectioni respondere conatur Fernelius, dicens fieri quidem arthritidem ab humore solum pituitoso, vel seroso; ruborem verò, & calorem, qui interdum, maximeq; in chiragra, vel podagra cernitur nō à morbi caussa, sed à doloris vehementia proficisci, qui nonnunquā etiam febrē accersit. Quæ Fernelij respōsio si esset vera, dum in extremis partibus tumor est euidens, calidus & ruber, sequeretur tū dolorem articularem esse vehementem, siquidem voluit tumorem euidentem, rubentē & calidum fieri à doloris vehementia. Sequeretur & illud, quò vehementior dolor fuerit, eò maiorem tumorem, rubedinem, & calorem fore; quod quàm sit experientiæ contrarium, nemini est obscurum. Frequētissime enim experiētia est cōprobatum dolores articulares tunc remissiores euadere, quando tumores, siue rubentes & calidi, siue alterius temperamenti, fuerint valde euidentes: cuius rei ea ratio reddi potest, quòd materia, quæ prius loca articulorum obsederat, iam ad partes externas propellitur, ac postmodum discutitur. Docet itidem experientia, in chiragra, vel podagra venas proximarum partium tumidas & rubentes reddi, illa verò genita & adaucta tumorem & ruborem venarum euanescere. quocirca pro certo habendum, ad loca arthritide correpta confluxisse sanguinem, qui tumidas atq; rubentes venas proximas effecerit. Ad hęc si pars arthritide detēta ple-

runq; est alba, sæpe rubra, raro flaua, rarissimè nigra: cur non erit omnium ex consensu asserendū arthritidem frequentissime esse pituitosam, frequenter sanguineam, raro biliosam, & nonnunquam melancholicam? Siquidem ex differentijs coloris diuersæ arthritidis species innotescunt, vti infra demonstrabitur. Tradit & illud experiētia, dolorem articularé, & si continuum, aliquando tamen esse vniformem, hoc est, à principio ad finem æquali vehementia perdurare: aliquando per interualla increscere atq; augeri, idq; vel singulis diebus, vel alternis, vel etiam quarto quoq; die: quæ res fidem facit arthritidem non modo à pituita, sed etiam ab alijs humoribus originé ducere. De pituita illud superest, vt dicamus, ex recentioribus nonnullos existimasse à syncera pituita nunquam arthritidem generari; quam sententiam, licet erroneam, ratione, & authoritate velle videntur confirmare. ratione quidem ista: pituita est humor crassus, igitur arthritidem efficere non potest; quandoquidem hic affectus humoris affluxum ad loca articulorum expostulat; crassus autem humor syncerus confluere non potest, quare indiget, vt permisceatur cū tenui, qui vehiculi vicem gerat. Hippocratis quoque auctoritati inniti se putant, qui libro de affectionibus sub medium, fieri arthritidem ex pituita cum bile mista affirmat. Verum hac eorum post habita sententia, vt quæ longè à veritate abhorreat, rationi atq; auctoritati, qua se tuentur, sic putamus nullo negotio posse responderi. Auicennas prima

ma

ia Fen.primi libri doctrina quarta capite primo
iter alias species pituitæ auctor est aqueam re-
feriri,quæ fluxionibus est perquam familiaris. id
verum,vt est verissimum, falsum hoc, omnem
pituitã esse crassam: aquea enim adeo tenuis est,
t fluxilis sit ipsa per se, citra vllius vehiculi adiu-
mẽtum,arthritidemq; efficiat. Hippocrates por-
ò loco citato locutus est de arthritide modo v-
num articulum, modo alium inuadente; quæ fit
à humore tenuissimo varias identidem partes
erreptante:qualis humor dici nequit pituita syn
era,sed quæ sola cum tenuissima bile commis-
ere. Non est igitur intelligenda sententia Hip-
ocratis de omni arthritide,cum præsertim dicat
Gal.10.de compos.secundum loca cap.2. dari etiã
rthritidem à syncera pituita productam.

Cur Materia arthritidem efficiens in locis articulorum contineatur Cap. 11.

NIsi humor superabundans contineretur in
locis articulorum,proculdubio arthritidem
non efficeret. nunc verò qua de causa in eis deti-
neatur inquirẽtes,dicimus materiam plus æquo
retentam esse opus deprauatæ retentionis : retẽ-
tionem autem deprauatam reddi, maioremque
quàm pro naturali statu,ob frustrationem facul-
tatis retentricis,quemadmodum enim causa cõ-
coctionis læsæ est frustratio facultatis concoctri-
cis iuxta Gal.sententiam 3.de sympt.causis ca. pri
mo,ita frustratio retentricis est causa retentionis
præter naturam.Frustratur retentrix facultas bi-
fariã, mediatè, vel immediatè, mediatè quidem,

quando diminuta, aut plane abolita est expulsio immediate ob externum errorem, aut læsam facultatem retentricem, quemadmodum quoque Galen. 3. de symp. causis cap. 1. alteratricem facultatem ventriculi frustrari vel ob externum errorem, vel ob ipsius facultatibus læsionem asseruit. Error externis est obiectum nullam habens cum facultate expultrice proportionem. in arthritide namque ob crassitiem, & viscidita té materię articulorum retentrix deprauatè agit. quamobrem Gal. 10. de comp. secundum loca cap. 2. inquit arthritidem aliquando fieri ex pituita instar puris incrassata, quæ vbi in articulis diutius insederit, præter crassitiem visciditatem quandam adipiscitur, tandemq; in tophos, seu callos conuertitur. Virtutis retentricis læsio substantiæ suæ vitio cõtingit seu ob morbum in intemperie sicca; ob quẽ morbum Hippocrates 6. aph. vltimo inquit in diuturnis doloribus coxendicis crura contabescere; ex siccitate enim partium articulis ꝓximarũ adeo labefactatur earũdẽ facultas, vt diuturnior, quam par sit, fiat retentio: haud aliter quã in corporibus siccis & durus diutius figuræ conseruantur impressæ, quàm in humidis & mollibus: verũ hæc sic accipi nolim, quasi intemperies sicca omni arthritidi sit annexa: confirmatæ quidẽ est perpetua, alijs non item. nam vt cõstabit infrà, in initio arthritidis, articulorum loca laborant potius intemperie humida, & morbo in raritate, quàm intemperie sicca; dum præsertim dispositio partium suscipientium humores in illis duobus con-

tat, non in siccitate. Siccitas itaq; dolores arti-
lares iam inueteratos comitatur; siccitatē lon-
or retentio, quā naturalis status patiatur. Quod
ob diminutam, vel abolitam expulsionem fru-
etur retentrix, eiusq; actio deprauetur, id ascri-
ndum est materiæ superabundanti, quæ omni
thritidi communis, facultati expultrici adeo in-
mmodat, vt ab ea vix, aut ne vix quidem expel-
possit. Eodem quoque modo tumor ex eadem
ateria genitus expultricem articulorum facul-
tem adeo infestat, vt partes illis proximas secū-
um naturam adstringi, materiamq; redundantē
pelli non permittat. Morbus item in meatu &
uitate facultati expultrici impedimento est. ta-
m morbum iudicamus non modo obstructio-
em, sed etiam adstrictionem: illa in arthritide ex
uxione humorum per venas, vt infra planum fi-
, prouenire solet: hæc verò duplex existit, com-
essio nempe, & densitas; quarum prior in om-
arthritide ex tumore & materia redundante
ascitur; posterior, vbi tantum frigidi exuberant
umores, intemperiesq; admodum frigida ab ijs-
em introducitur. Cuiuscunque autem morbi vi
adstrictione aut obstructione consistentis, di-
inuta, vel abolita, redditur expulsio. nequit e-
im facultas expultrix suum munus obire, nisi
eatus, per quos fiat expulsio, reserati seruentur.
morbo autem in cauitate quanquam impedia-
r, facultas expultrix, is tamen in arthritide sem-
er non reperitur, sed duntaxat, vbi ex confluxu
ateriæ ad articulorum cauitatem prodierit,

veluti postea demonstrabimus. Colligamus nunc responsionem ad quæstionem propositam, cur nam redundans materia in locis articulorũ plus iusto detineatur: id autem fieri asseueramus, quia in omni arthritide diminuta vel abolita efficitur expulsio propter morbum in magnitudine aucta vel in compressione, & ob errorẽ externum, qui in materiæ consistit redundantia. Accedit quod longior fit retentio, quàm par sit, nonnunquam propter humoris crassitiem, & viscidítatem, nõ nunquam ob intemperiem siccam; aliquãdo etiã propter obstructionem, à qua, diminuta, vel abolita expulsione, deprauatur quoque retentio; id quod ob densitatem etiam fieri assolet, nec nõ ob repletionem cauitatis, à qua dum impeditur articulorum motus, materiæ quoque redundantis retentio præter naturam subsequitur.

Materiam redundantem arthritidis caussam non generari in locis articulorum, sed aliunde suscipi. Cap. 12.

GAL. 10. de comp. secundum loca c. 2. docet ad efficiendam arthritidem necessarium esse humorum affluxum ad loca articulorum. quam sententiam repetit 6. aphor. 49. Aetius verò 6. tetrab. sermone 4. cap. 6. ad efficiendum arthritidẽ præter articulorum imbecillitatem concurrere quoque humoris fluxionem asseuerauit. Paulus libr. 3. cap. 78. hoc idem confirmat, atque vt vno verbo dicam, neque singulis recensendis immorer, ex omnium medicorum constat sentẽtia, materiam arthritidis caussam effectricem in locis articulorum nõ generari, sed aliunde suscipi. Quod si quis

quis quæsierit, cur materia in locis articulorum ...nita arthrit ... non efficiat: respondemus hanc ...aterism non modò paulatim ingenerari, sed ...um postmodum ad partes externas propelli; ...ibus inhærens, articularis doloris caussa esse ...n potest, quòd hic confertim fieri soleat, idq; ...ateria plus æquo in articulationibus detenta.

... materia in locis articulorũ aliunde suscipiatur. Cap. 3.

MAteria aliunde transmissa suscipitur in locis articulorum non tam propter ipsius fluxio...m, quàm partium suscipientium imbecillita...n, quemadmodum facile est colligere ex Gal. 6. ...nor. 28. Hæc porrò imbecillitas, vt testatur A...cennas libr. 3. fen. 22. tract. 2. cap. 5. in principio ...il aliud est, quàm articulorum nimia raritas, ...itas, humiditas. Nam quemadmodum glandu...æ partes facilè fluentes humores suscipiunt, ...oniam à natura humidæ, laxæ, & raræ produ...e sunt; ita, inquit Auicennas, articuli imbecil...i, & proinde humidi, laxi, & rari, ad humoris ...undantis susceptionem sunt aptissimi; contra ...rò parùm apti, quorum contraria est constitu...o. Verum hæc articulorum imbecillitas non est ...cenda morbosa constitutio, cum articulorum ...otum neutiquam labefactet, sed ei læsioné in...re possit, antequam articulorum dolor succe...t. Dubitauerit fortasse aliquis, quomodo imbe...litas fluxionis humorum ad articulos, articu...rumq;, doloris possit esse caussa; quòd tum ma...imo correpti doloribus articulorum obnoxij ...on viderentur, propterea quod in articulis eorũ

partibusque proximis macies inest, non autem humiditas, laxitas, & raritas reperiuntur, cum tamen experientiæ testimonio non defuerint, qui marasmo simul & arthritide laborauerint. Nos verò huic dubitationi occurrēdum sic putamus: corpora quantumlibet emaciata humiditatibus alimentalibus quidem destitui, excrementitijs tamen posse abundare; qua ratione non erit mirandum, si humida secundum articulos partesq́; proximas, laxa, & rara censeantur, ac propterea etiam ad aliorum excrementorum receptionem, à quibus proficiscitur arthritis, idonea. Constat igitur ad arthritidis generationem necessariam esse articulorum, partiumq́; proximè adiacentiū imbecillitatem. Sit ne imbecillitas hæc natiua, an adsciticia, paulò inferius elucescet. sufficerit in præsentia non ignorare, quamuis nobis fuerit ingenita, non tamen statim ab ortu nostro sese prodere. vnde verissimum illud Hyppocratis 6. apho. 30. pueri podagra nō laborant, quanquam enim horum aliqui imbecilles articulos à natiuitate sortiti sunt, cum tamen præter imbecillitatem ad efficiendam arthritidem requirantur redundātes humores, idcirco pueri arthritide non corripiūtur, quoniá plurimum habent calidi innati à quo redundans humor cōsumitur. qua ratione adductus Galenus liberè pronuntiauit se nunquā pueros arthriticos vidisse. nihilominus si plus cruditatis accumulet alicuius ingluuies, quàm possit calor natiuus conficere; quid vetat, quin idem etiam puer arthritide infestetur?

Virum ad articulos materia paulatim fluat, an confertim. Cap. 14

CVm hactenus constet fieri arthritidem ex fluxione materiæ ad articulos; modò sciendum vtrum hæc fluxio cōfertim fiat, an potius sensim. Cui quidem quæstioni satisfaciens Gal. 10 de comp. med. secundum loca ca. 2. dicit irruentem humorem, id est, cum impetu fluentem arthritidis esse causam. quibus ex verbis colligo ipsum æstimasse, fluxionem humorum confertim fieri, non autem sensim. idq; non iniuria, nam quotiescunq; hoc pacto fluunt humores, partes suscipientes non extēduntur, sed laxantur; ad arthritidis autem generationem necessaria est partium articulis proximarum extensio. Hinc facile elicitur responsio ad argumentum, quo nititur probare Fernelius in arthritide non fluere humorem per venas ad loca affecta. habet enim sic auctor is: In hoc affectu p venas fieret fluxio, sequeretur adeoque cum Anasarca dolores coniungi articulares; quandoquidem in ea per venas confluunt humores ad articulos, & omnes partes corporis. Ad quod argumentum in promptu est solutio. siquidem cum Anasarca quandoque iunguntur dolores articulorum, quandoque non, pro vt humor ad articulos per venas aliquando cōfertim, aliquando sensim confluit. quia verò sensim vt plurimum confluit, propterea Anasarca correpti rarò articulorum doloribus corripiuntur, quòd lenta fluxio articulorum partes relaxet, non extendat.

De termino à quo influit humor in articulos. Cap. 15.

HVmores interdum à toto corpore, interdu ab eiusdem partibus ad articulos confluut. Auerrois enim 7.collig.37.testatur se ex febre cuta in podagram esse delapsum. quod ideo co tigisse verè potest existimari, quoniam in eo à t to in articulos humor decubuit. quem enim la in acutis febribus sæpe in toto humores redu dare? Præterea si Hippoc.4.aphor.44.& 45.dix Quibus febres longæ, dolores in articulis fiu quare non est putandum voluisse Hippocrate ad articulos ex toto corpore redundantes hum res confluere, cum in diuturnis febribus non v cam partem, sed plures, interdum etiam vniu sum corpus superuacanei humores occupe Quod ad partes corporis attinet, à quibus def unt humores, Hippoc. in libro de locis in hon ne, proponit caput, dicens, ab eo potissimum articulos fluxiones fieri, A ventriculo quoque intestinis manant fluxiones teste tum experie tia, tum Paulo, qui lib.3.cap.43. ex dolore coli fieri coxendicum voluit, aliasq; species arthri dis. Incipit quandoq; fluxio à renibus: quo fit nostrates vulgari prouerbio dicere cõsueueri Dolore di rene, gotta viene. Non raro materia vtero decurrit: vnde Hippocrates mulierem p dagra conflictari negat, nisi menstrua defeceri Suppressis etenim mensibus aliquando ad ar culos pedum ab vtero fit fluxio; ex fluxione po gra. Ab alijs etiam partibus, ijsq; principibus fi potest fluxio; quapropter Ga.2.de natura huma

com

omnien.5.in fine sic scribit: In his, qui articulari morbo, aut podagræ obnoxij sunt, si ab artubus repulsi sint humores ad aliquam partem principem, in eo solum remanet spes salutis si iterum ad artus possint reuelli. Constat itaque quamplurima esse loca, à quibus ad articulos fluxio fieri queat. Itaque Fernelius, vir alioquin doctissimus, in eo non leuiter errat, quòd existimet à capite solo, imò verò à capitis duntaxat partibus externis, non autem internis, humores in articulos decumbere. quippe ex eo sequeretur semper arthritidi adesse capitis grauitatem, tumorem sub capitis cute, somnum longum & profundum, propria pituitæ symptomata, cuius vnius à capite fieri fluxionem ad articulos idem opinatus est. contrà verò experientia sæpe testata est arthriticos his symptomatis nunquàm exagitari. Nec rationem reddere Fernelius vllo modo possit, cur ex coli aut renum dolore dolor articulorum proueniat, nisi ex intestinis & renibus erumpere materiam ad caput, á capite subinde ad articulos decurrere fateatur; quo quid naturæ laboriosius, rationi verò alienius, cum ab ijsdem partibus ad artus immediatè fluxio promoueri possit? Illud verò ridiculum, si Fernelius locum Hippocratis iam allatum sic intelligat, mulieres mensibus suppressis in podagram incidere, quoniam ex vtero primum ad caput, ab hoc deinde ad articulos pedú delati humores podagram pariunt. nam credibilius recto tramite ab vtero, deficientibus mensibus, ad pedum articulos humores transmitti. Denique si

materia ſemper á capite deflueret, ad probè cu-
randam arthritidem capiti ſemper eſſent adhibē-
da remedia diuertentia & euacuantia: quotidia-
na tamen doctiſſimorum virorum praxis abundè
conuincit remedia capiti adhibita plerumque in
arthritide nihil conferre. Perſpicuum iam eſt flu-
xionem non ab vnica parte, ſed á pluribus, adeoq;
toto etiam corpore ad articulorum loca dimana-
re poſſe.

De termino ad quem ipſius fluxionis, & Fernelij ſententia confutatio. Cap. 16.

FEruntur humores motu ſuo ad ligamēta, quæ
ſubſtantia conſtant neruis quám ſimillima, no-
men verò eiuſmodi obtinuerunt, quòd oſſium
extremitates inter ſe copulent atque connectēt:
quemadmodum colligitur ex Gal. lib. de motu
muſcul. ca. 2. & 12. de vſu partium cap. 2. Feruntur
præterea humores ad cauitates articulorum au-
ctore Auicenna, qui lib. 3. fen. 22. tract. 2. cap. 5. di-
cit, ad piſcidem, id eſt articulorum cauitatem fie-
ri fluxionem. Nonnunquam etiam ſuſcipitur hu-
mor ſub membranulis artuum; id quod non rarò
cadauera declararunt, in quibus materia gypſea
arthritidis cauſa effectrix ſub membranis, atque
in cauitatibus articulorum reperta eſt. Nunc ve-
rò quemadmodum tendines per conſenſum ex-
tenduntur, vti ſuprá demonſtrauimus; ita quoq;
ligamenta, dum materia ſub membranis colligi-
tur, per conſenſum membranarum tenſione affi-
ci credendum eſt. De locis, ad quæ in arthritide
fluxio tēdat, hæc ſatis. Ferneliū iam aggrediamur.

Is re-

reperiri humorem in ligamentis, membranu-s ossium extremitates ambientibus, deniq; ten-onibus lubens fatetur; in cauitate verò seu spa-io inter ossium extremitates interiecto humorẽ eperiri nulla ratione posse autumat. in quo non nodo à communi omnium consensu, verum etiã o ipsa ratione vehementissimè dissentit. Si enim endines replerentur in arthritide, fieret aut pa-alysis aut conuulsio: hæc quidem, repletis tendi-um partibus externis; illa internis. Miror pro-ectò tantum virum tam turpiter errasse, suique deò immemorem extitisse. existimauit enim (vt atebit postea) nunquam per neruos aut spinalẽ nedullam fluere materiam, quoniam paralysin xcitaret. quæ ratio si efficax est, nostras quoque artes confirmabit, illius infirmabit sententiam. ic enim telum in hostem retorquemus: si hæreat nateria in tendinibus, orietur paralysis, quòd tẽ-lines ex substantia constent neruorũ & ligamen-orum. Idem medicinæ scriptor putauit nunquã nateriam fluere ad cauitates articulorum, primũ quoniam materia gypsea in eis reperiretur; id qđ negat vllo vnquam experientiæ testimonio con-irmatum, sed semper in tophacea podagra mate-iam sub membranis ossium extremitates cingẽ-ibus repertam fuisse contendit. quæ ratio vtroq; (quod aiunt) pede claudicat. neque enim antece-dens concedendum est, neque consequentia non neganda. Nam quamuis materia gypsea in nodo-a tophacea ve podagra, vel chiragra, aperta cute, non conspiciatur in cauitate, sed sub membranis

articulorum;non tamen ſequitur eandem, ante gypſea fieret,ad cauitatem non fluxiſſe.non appa ret in cauitate gypſea, vel quia fluida ibi exiſten motu articulorum fuerit diſcuſſa, vel repulſa a membranas,vbi propter earum denſitatẽ deten ta in gypſeam tandem eſt commutata.falſum præ terea illud numquam eſſe repertam materiã gyp ſeam in cauitatibus articulorum. Supereſt alter Fernelij argumentum, quo ſibi videtur probar numquam ad cauitates articulorum humorem confluere.ſi conflueret,inquit, ſequeretur ex e aut dolorem articularem non fieri, aut valdè re miſſum, quandoquidem oſſium extrema, quor ad cauitates,&ſpacia humor dicitur fluere,aut n ſentiunt omnino,aut admodum obtusè.Hæc Fe nelij ratio,ſi extrema oſſium arthritidi eſſent ob noxia,vtique cõcluderet; verùm ſuperius docui mus ex Gal.6.aphor.49.& alibi locum in arthri tide affectum non oſſium extremitates, ſed ipſi proximos tendones,neruos, atque membranas Quando enim materia confluit ad cauitates au ligamenta,vel membranas ſubit, tum tendones nerui,atque membranæ diſtentę dolore afficiun tur,non quidem obtuſo, ſed vehementi & per acuto;vtpote quæ ſuapte natura exquiſito admo dum ſenſu ſunt prædita.Ex ijs quæ iam dicta ſun luce clarius euadit,quæ loca humori ſuſcipiend ſint apta; præterea quædam humorem quiden ſuſcipere,dolorem non item; quædam vtrumq; hæc membranæ ſunt oſſium extrema ambientes illa cauitates,ac ligamenta.

Cu

Cur nerui tendinesque non repleantur, & Erasti opinionis confutatio. Cap. 17.

ERastus optimè de re medica meritus, arrepta ex ijs quę dicta sũt occasione, quærit in quarta ipsius disputatione contra Paracelsum, curnam in podagra nerui, & tendines non repleantur, cui quidem quæstioni respondens idem auctor, non repleri vult, quia vt plurimum ad pedes confluit humor aqueus nullam habens extendendi facultatem, sed potius laxandi. Hæc clarissimi viri responsio Galeno & rationi, quàm maximè repugnat. Gal. enim 6. aphoris. 49. voluit neruos, & tendines ad extensionem ligamentorum extẽdi, non autem laxari; si namq; laxarentur, ægri nullo efficerẽtur dolore; quoniam dum partes neruosæ non extenduntur, sed laxantur, vti contingit in anasarca, non succedit dolor. Verum si arthritis est tristis sensatio tensiua, velut docuimus, quis negare audeat partes sensitiuas extendi? Ad hæc si non replentur atq; extenduntur tendines neruique, quoniam materia eò vt plurimum confluens est aquea: igitur defluẽte ad pedes alio humore, quemadmodum aliquando defluit, subsequeretur neruorum & tendinum repletio, adeoque conuulsio. Gal. tamen 6. aphoris. 49. inquit: Neruos & tendines non est rationabile repleri, sed solum dolere, quia simul cum dearticulationibus extenduntur, argumento quoniam visus est nunquam podagricus pati conuulsionem, quæ solet in chordarum inflammationibus aduenire. hæc Galenus. Ad has fortasse respiciens obiectiones

Erastus inquit: si ea non est causa cur tendones, & nerui non repleantur, quæ nam ea sit, me nescire ingenuè fateor. quę cùm ita sint, Erasti dubitationi sic verius satisfaciendum putamus. In omni arthritide, non solum podagra, articulorum loca replentur atque extenduntur; per consensum verò tendines, & nerui non modo distendũtur, verum etiam distentione comprimuntur; quo fit vt repleri nequeant. Hæc responsio similitudine adhibita fiet illustrior; quemadmodum spongia si manu extendatur, & comprimatur, aqua nõ potest repleri, eodem quoque modo dum nerui, & tendines ad extensionem ligamentorum extenduntur & comprimuntur, non possunt humore repleri, nec conuulsionem pati. Hæc de loco ad quem humor confluit.

De spacio per quod confluit humor, & sententiæ Fernelij confutatio. Cap. 18.

SPacia, per quæ ad articulos fluxiones feruntur multiplicia sunt, sensibilia nempè, & insensibilia; sensibilia sunt spinalis medulla, nerui, venæ, arteriæ, & quæ inter cutem & carnem interiacet intercapedo. Insensibilia spacia reperiri vnus dolor colicus, vbi in coxendicum migrat, indicio esse potest; siquidem nemini obscurum est, nullum adesse euidentem meatum, per quem à colo intestino ad artus coxæ vapor deferatur. Hoc loco nobis se offert confutandus Fernelius, qui nullũ aliud fluxionis spaciũ agnouit, præter illud, quod inter carnem & cutem interijcitur. in quo nemo sanę mentis negauerit toto (quod aiunt) cœlo hominem

nem erraſſe. Non ignoramus eum quibuſdam
argumentis ad ſuam opinionem defendẽdam:
rum ea inualida planè ſunt, vti mox oſtendem⁹.
imo argumento nititur probare non fieri flu-
onem per ſpinalem medullam, aut neruos, hoc
odo: ſi fieret fluxio per ſpinalem medullam &
ruos, oriretur paralyſis; quod tamen admitti
inimè debet, quia in paralyſi humor non fluit
r ſpinalem medullam & neruos, ſed inibi deti-
tur, eaque replet: fluit autem dumtaxat in ar-
ritide, nec tum quidem ſecundum omnes par-
s, ſed ſolum ſecundum exteriores. Secundo ar-
mento contendit humores per venas nō flue-
ad hunc modum; ſi fluerent per venas, phleg-
one fieret in arthritide: quod ipſi abſurdum vi-
etur. verum nos id rationi maximè putamus cō-
nraneum, idque iuxta ſententiam Hippocratis
xto aphoriſ. quadrageſimonono arthritidem in
flammationem hiſce verbis referentis: Quibuſ-
nque morbi podagrici fiunt, ij ſedata in quadra
nta diebus inflãmatione finiunt. quinimo Fer-
el. ſui oblitus videtur, cum ſtatuerit ex doloris
rticularis vehementia attrahi ſanguinem, tumo-
emq; fieri rubentem, qui nihil aliud eſt, quàm
flammatio. Tertium eius argumentum eſt eiuſ-
odi: ſi flueret humor per venas, nunquam ſyn-
eri, ſed ſemper permiſti humoris fieret fluxio;
uandoquidem in venis nunquam ſyncerus, ſed
mper miſtus reperitur humor. cuius argumẽti
onſequentiam vt falſam negamus: ad eius verò
ſpondemus probationem, quòd & ſi humores

permisti in venis reperiantur, solent tamen synceri ab expultrici facultate propelli, veluti contingit in morbo regio, in quo bilis, licet permista in venis, ad cutem tamen syncera propellitur, similiter in cholera bilis syncera è iecore aut proprio folliculo per venas in ventriculum, & intestina egeritur, tandemque per os, aut aluum eiectatur. Quod autem dicit Fernelius, si flueret humor per venas, cum anasarcha implicaretur arthritis, ex his, quæ suprà diximus, facile est respondere.

Quæ sint causæ fluxionis effectrices, tum quomodo dolor, & calor attrahere dicantur. Cap. 19.

CVm fluxio humoris ad articulos sit motus localis, ad quem, præter ea, quæ iam attigimus, requiritur motor; ideo in præsentia declarandum est, à quo motore, seu causa effectrice fluxio manet. Dicimus igitur, vt huic quæstioni satisfaciamus, excitari fluxionem ab agente, quòd attrahit, vel expellit, attrahens ex Galeni sententia libr. de tumoribus præter naturam capite secundo nullũ aliud est, quàm dolor, aut calor. omnis attractio ex hoc, aut illo prouenit. Argenterius lib. suo de causis morborum inscripto. capite 6. hanc non solum Galeni, sed aliorum feré omnium sententiã euertere conatur; quia tamen mei nõ est instituti singulas Argenterij opiniones perstringere, rationesq; refellere, sed tantum docere modũ, quo à dolore, & calore fiat attractio, propterea illius argumentis prætermissis, quod institui, id prosequar. hoc autem ritè percepto illius argumenta omnia corruunt. Quod igitur ad calorem attinet, habe-

bet is quidem vim rarefaciēdi poros, dilatandi
eatus, humoresq; tum attenuandi, tum in sui
bstantiam conuertendi, necnon eosdem discu-
endi, quæ dum fiunt, insurgit facultas attractrix
attrahendum, ne vacuum subsequatur, & at-
actionem efficit; sed quia à calore præter natu-
m maior fit humoris consumptio, rarefactio, &
latatio, quàm naturæ conueniat; idcirco fit ma-
r quoque attractio quàm par sit, attractæque
ateriæ fluxio. Hinc colligitur calorem non esse
usam immediatam attractionis, quòd omnis o-
ratio præter naturam Galeno teste 3. de sympt.
usis ca. primo immediatè fiat à frustratione fa-
ltatis; quare & attractio deprauata producitur
frustratione facultatis attrahentis tanquã à cau-
immediata. hæc enim frustratur, quia non solũ
trahit quod sibi est familiare, sed etiam, ne sub-
quatur vacuum, quod est alienum non tam co-
a, quàm qualitate, interdum etiam substantia.
surgit verò ad attrahendum, vt docet Galenus
rimo de symp. causis ca. 7. propter consumptio-
em humorum, quæ tanto vehementior existit,
uanto calor magis est noxius, maioremq; vim
bet vasa dilatandi, porosq; rarefaciendi. Calor
que non proxima, sed remota attractionis cau-
si articulos afficiat, ad eosdem, velut diximus
dundantes humores attrahit, vnde Galenus 4.
horis. 31. scribit ex vehemẽti exercitio calefieri
iculos, ad eosq, humores redundantes attrahi,
ileque ibidem suscipi, quòd latiora ipsorum
cia ad superfluitates suscipiẽdas sint aptissima.

quibus verbis non tantùm colligitur calorem esse causam attractionis, sed etiã receptionis, cum dicat Galenus propter latitudinem spaciorum promptos esse articulos ad suscipiendum, latitudo namque fit à calore. Hactenus de calore; nunc de dolore pauca dicamus. Galenus lib. de curandi ratione per sanguinis missionem cap. 8. dolorem attractionis causam statuit, quamuis 13. meth. c. 3 & 5. aphor. 53. idem Galenus dolorem expulsionis causam esse affirmet. ad quæ respiciens Argenterius, dixit manifestam in dictis Galeni apparere contradictionem. Verum facilè Galenũ à calumnia vindicabimus, si, quod res est, dixerimus dolorem nihilo magis attractionis, quàm expulsionis causam esse. quo autem pacto à dolore fiat expulsio, colligitur ex eodem Gal. 13. meth. capite 3 vbi ait facultatem expultricem ad doloris expulsionem excitari; eamque, vbi primis conatibus nihil profecit, maioribus neruis intentis vehementius dolorem aggredi, quousque quicquid est molesti aliò propulerit, vnde & humoris aut vaporis nonnihil à se tandem auertit. Nihil igitur mirum, si dixerit Aetius ex dolore lumborũ fieri coxendicum. Similiter si voluerit Paulus lib. 3. cap. 43. dolorem lumborum, aliasque doloris articularis differentias ex dolore colico prodire. Siquidem lumborum, & intestini coli facultas expultrix à causa dolorem excitante adeò irritatur, vt materiam illam ad alias partes non possit non expellere; quo casu coxarum, aliarumq; partium articuli, si fuerint imbecilli, quicquid transmittitur

noxi

ij, id omne suscipiunt; vnde ex dolore colico, lumborum ischias, aliæque arthritidis species riuntur. Verum non minus attractionis, quã ulsionis dolor causa est, nam dum ab eo excitatur expultrix, fit maior expulsio quam fieri debet; quocirca optimè Galenus sanguinis & spiritus nonnihil ex parte dolente exprimi atq; expelli scribit; tum autem daretur vacuum, nisi ad trahendum facultas attractrix se conuerteret; verò, quia plus ex finitimis partibus ad se trahit quàm conueniat, partem dolentem in tumorem attollit. Iam demonstratum est quomodo ex dolore, & calore fiat attractio. vterque enim attrahit, parte, in qua reperitur, inanita; præstat id calor humorem consumens, dolor verò expultricem nimium proritans, atque extimulans. Constat pariter quomodo ex dolore fiat expulsio, cũ omne, quod dolorem partibus sensitiuis, vel molestiam dolori proportione respondentẽ affert, siue qualitate, siue copia, siue substantia sit molestum, expultricem irritans expulsionis sit causa.

Cur in corpore redundet materia. Cap. 10

QVod non est, nec expelli potest, nec attrahi. humor igitur redundans, cuius ad articulos tum expulsio, tum attractio, in corpore existat necesse; cur autem inibi existat, nunc paucis declarabimus. Reperitur in corpore humor redundans, quoniam aut redundans generatur humor, si fuerit melancholicus, aut biliosus, ex caliditate, & siccitate iecoris; Si sanguineus, ex eiusdẽ

caliditate cum humiditate copulata; si pituitosus, ex intemperie frigida & humida, potissimum capitis, & ventriculi. Sensim genitus humor non euacuatur, sed plus iusto detentus augetur, vel quia pituita in capite genita, per nares, & palatum non euacuatur; vel quia dum generatur, in vẽtriculo, per aluum non expurgatur; quo fit vt non paucos diuturni inuadant morbi, à quibus nunquam in omni vita conualescant; cuius generis mala sunt podagra, articularis morbus, & calculus, quemadmodum docuit Galenus 6. de sanit. tuenda 7. in fine. nam quemadmodum ex conuenienti euacuatione homines à fluxionibus ad articulos preseruantur, ita etiam ex nimia retentione in easdẽ incidere consueuerunt, auctoribus Hippocrate, & Galeno 4. aphor. 74. Minimè itaq; mirãdum q apud eosdẽ scriptum reperitur 4. aphor. & 29. & lib. de venæ sectione aduersus Erasistratũ, mulierẽ podagra non laborare, nisi menstrua præter naturam detineãtur: quinimo si optimè mulier expurgetur, neq; podagricis, neq; aliorũ articulorũ doloribus, neque lateris inflammationibus, neq; epilepsiæ est obnoxia, neque morbo ferè vllo infestatur; contra retentis mensibus nullum non malum incurrit. Constat ergo redundãtes in corpore reperiri humores, tum quia superflui generantur, tum quia sensim geniti propter eorum retentionem accumulantur, atque augentur. nonnunquam vtraque causa concurrit, vt videlicet præter modum geniti, præter modum quoque retineantur, ac congerantur. De causis arthritidis

antece

tecedentibus, necnon coniuncta, hæc, ni fal-
r, satis.

Quis aer, quæ item ætas, & regio arthritidi producendæ conueniant. Cap. 21.

CAusæ arthritidis ꝓcatarcticæ sunt variæ: aer, regio, ætas, cib⁹, pot⁹, & similia. Aer enim fri-dus pituitę redundantiam parit, eoq; maiorem, uo fuerit ipse frigidior, corporaque aeri exposi- imbeciliora. nam robusta in aere non admodũ igido collocata calidiora euadunt, veluti colli-tur ex Hippocrate 1. aphoris. 15. dicente; ventres yeme, & vere natura calidissimi sunt. Quamuis item redundans pituita ex aere frigido, vtpote yemali genita tunc non moueatur, sed in corpo s centro maneat immobilis, vere tamen à cen-o ad circunferentiam, autumno contrà à circũ-rentia ad centrum vnà cũ alijs humoribus mo-eri solet. quocirca autumno & vere statuit Hip-oc. 3. aphor. 22. & 6. eiusdem 55. fieri arthritidem; uoniam duplici motu facilè redundans humor articulos pertingit, in ijsque dolores excitat. uam modò vim habere diximus aerẽ ad pituitã nmodicè accumulandam, adeoq; arthritidem roducendam eandem planè vim retinet regio eri proportione respondens. Idem esto de ætate idicium, nempè senili. Vnde meritò dixit Hippo ates 2. aphor. 29. & 3. aphor. vlt. senes omnium aximè doloribus articulorum esse obnoxios. uòd si quispiam nobis obijciat Hippocratis li-rum de affectionibus, in quo illud habetur, iu-enes frequẽtius arthritide corripi, quàm cuius-

uis alterius ætatis homines: respondemus arthritidem duobus modis sumi posse; vel communissimè pro quacunque arthritide, vel propriè pro ea, quæ omnes articulos occupat, nomenque generis suo quodammodo iure sibi vẽdicauit, quasi per excellentiam arthritis, quòd omnium articulorum sit affectus. Arthritis primi generis vt plurimũ à pituita producitur, quippe omnis arthritis, si Galeno credimus 10. de compositione secũdum loca cap. 2. frequenter à pituita producitur quæ cum in senibus maximè redundet, id ò optimè dixit Hippocrates senes arthritidi, hoc est cuicunque illius speciei maximè omnium obnoxios esse. Secundi generis arthritis ortum trahit ab humore tenui, & bilioso; qui cum redundet in iuuenibus, non mirum, si ex Hippocratis sententia ijsdem dicatur frequentissima. Hinc paret Hippocratem, qui primo intuitu sibi videatur contradicere, sibi quam maximè constare.

Quis cibus, & potus, quæque res aliæ non naturales ad arthritidis generationem conferant Cap. 22.

INter alias arthritidis causas procatarcticas cibus, & potus recensentur, qua de causa Galenus apertè docet 2. de aliment. facult. omnia olera, siue sint agrestia, siue domestica, esse valde excrementitia, & proinde frequẽtem eorundem vsum non tantum arthritidem, sed alia multa mala in corpora inuehere. De seminibus autem loquens idem animaduertit Gal. c. 5. primi libri, cibum e farina triticea cum lacte decocta dolores pare articulares ex pituita, quæ tandem in tophos c
ue

rti solet. Similiter Hipp. 4. in 6. de morbis vulgaribus 13. & Gal. 3. aphor. 16. vbi meminerunt de [.]minibus, quæ tamen legumina dicuntur, do[.]cerunt ab ijs ferè omnibus crura reddi imbecil[.]ra, arthritidemq; ingenerari. In summa, fructus [.]e olerum, siue arborum, siue integra animalia, [.]e animalium partes, imò reliqui omnes cibi [.]mmodice ingesti arthritidis sunt causæ. quare [.]rudentissime dictum est à Gal. 6. de tuenda vale[.]dine c. 7. & 6. aph. 28. necnon ab Aetio, & alijs, [.]ihil repetiri ad prouehendam arthritidem apti[.] [.]borum multitudine; vitæ autem temperantiam [.]d præseruandum hominem ab arthritide adiu[.]enti plurimum adferre. Potus multi, ac præ[.]o[.]ntis vini, præsertim ante cibum, vt colligitur ex [.]aleno locis citatis, arthritidis fons est, & origo. [.]em de aq̃ potione per quam frigidæ pronũcia[.]t Aetius, ac pter Aetiũ etiam Paulum lib. 3. c. 28. [.] quod eo maiorem fidem meretur, quoniá ex[.]perientia sæpe docuit eos, qui cum vino glaciem [.]ommiscent, articulares morbos pati consueuis[.]. Exercitium quoque immodicum inter causas [.]ternas arthritidis connumeratur; præ alijs verò [.]ercitij generibus crebræ, & continuæ equita[.]ones. Hoc Scythæ experiuntur, qui quòd in e[.]quitationem toti incumbant, multis, ac diutur[.]s doloribus omnium articulorum, sed præci[.]puè coxendicum, & pedum excruciantur, quem[.]admodum colligitur ex Hipp. lib. de aere, aquis, [.] locis. Immoderata venus inter alias species im[.]modici exercitii arthritidis origo esse solet, quòd

ab ea relaxentur articuli, eaque ratione ad susci-
piendas superfluitates aptissimi reddantur. hinc
factum est, vt testatur Hipp. Eunuchos sua ætate
arthritide non laborasse: postea verò propter vi-
ctum intemperantem, licet venerem non exer-
ceant, articularibus morbis torqueri cœperunt;
quod ætas nostra quotidie confirmat, non rarò
item Galeni tempora confirmarunt eodemme
teste 6. aph. 28. vbi & inter alias procatarcticas ar-
thritidis causas otium recenset, cuius causa cum
articuli fiãt imbecilles, humoresq; redundẽt, non
solum podagra, sed etiam alij morbi articulares
subsequuntur. De causis externis insignioribus
iam diximus; multę alię possent proponi, sed quia
partim cognitu faciles sunt, partim ab Auicenna,
Aetio, Paulo, alijsque in medium allatæ; idcirco
eas silentio præterimus.

De differentijs arthritidis. *Cap. 23.*

IAm de essentia, omnibusque causis arthritidis
loquuti sumus; de differentijs eiusdem nunc or-
dinis ratio postulat, vt loquamur. hauriuntur au-
tem differentiæ ex partibus definitionis, nam
perpendatur arthritis, vt vires lædit, id quidẽ in-
telligi potest, vel de parte affecta, vel de toto cor-
pore. Si lædat vires vnius partis affectæ, tum vel
motum tantum difficiliorem reddit, & hæc leuis
censetur arthritis, vel ita lædit, vt articulorũ ela-
xatio, partiumque proximarum siccitas inde con-
ueniat, quæ arthritis grauior appellatur. quæ ve-
rò totius corporis vires labefactat, inducens im-
modicas vigilias, vel lipothymiam, vehementi
sin-

na nuncupatur. Diximus præterea in definitio-
arthritidem ex redundante materia ortum du-
re; hęc autem materia vel est vapor, vel humor,
de oritur arthritis, vaporosa, & humorosa. hu-
orosa porrò est varia pro diuersitate humoris à
o producitur, vel .n. syncera est arthritis, vel mi
, illa ex syncero, hęc ex misto producitur humo
, illa, vel sanguinea, vel pituitosa, vel biliosa, vel
elãcholica existit, prout ab humore sanguineo,
tuitoso, bilioso, aut melancholico ducit origi-
em. Mista arthritis pariter varia existit, variasq;
bit appellationes pro varietate humorum, à
ibus simul mistis ortũ trahit. Insuper in arthri-
dis definitione diximus redũdantem materiam
locis articulorum reperiri; ex qua parte defini-
onis colliguntur variæ eiusdem differentiæ, ꝓut
rij sunt articuli, locaq́ue articulis proxima in-
r se diuersa. Itaque si articuli pedum afficiantur,
odagra, si genuum, gonagra; si coxarum, ischias;
manuum, chiragra arthritis vocitatur. Quando
erò plurimi, vel omnes articuli afficiuntur, ex
aleni sententia 3. aph. 16. & ex Hipp. libro de af-
ctionibus, affectus hic nomen generis pro suo
bi assumit. Quòd si loca articulis proxima, qua-
enus redundantem materiam suscipiunt, consi-
erentur, variæ oriuntur species arthritidis, ꝓut
iximus materiam reperiri, vel in cauitate arti-
ulorum, vel in ligamentis, vel sub membranis
ssium extremitates ambientibus, sub quibus dũ
eperitur materia redundans, fiunt affectus osto-
opi appellati, idest qui ossium dolentium ima-

ginem inducunt, vt docet Galenus 2. de locis affectis 7. Possunt etiam capi differentiæ à loco, vnde fluxio manat. Si dicamus arthritidem fieri per consensum, vel à toto corpore, vel à capite, vel à ventriculo, vel denique ab alijs partibus, prout humor, vel à toto, vel à capite, vel à ventriculo, vel denique ab alijs fluit partibus. Hæc de omnibus differentijs arthritidis dicta sufficiant.

De Signis demonstratiuis arthritidis, eiusque differentiarum. Cap. 24.

IAm ad signa arthritidis, eiusque differentiarum proponenda me accingo. Non difficulter hic affectus in genere cognoscitur, quia omnes arthritici de dolore articulorum tensiuo, motuque difficili conqueruntur. Nam etsi dolor non tensiuus in articulos cadat, superius tamen ex Galeni sententia 2. aphor. 26. ostendimus alium quàm tēsiuum arthritidem dici non posse. Pari facilitate dignoscuntur arthritidis differentiæ à virium læsione desumptæ. nam si arthritis erit leuis, motus tantùm difficilis articulorum conspicietur; si grauior, eluxatio articulorum, partiumque affectarū tabes apparebit; si vehementissima, prętet ea quę iam dicta sunt vigiliæ, lipothymia, syncope erunt annexa. Signa arthritidis differentiarum, quæ ex materiæ redundantia hauriuntur, colligi possunt ex Auicenna lib. 3. fen. 22. tract. 2. cap. 6. ex Gal. 10. de comp. med. secundum loca ca. 2. & ex Aetio 3. terrabilium sermone 4. à 13. capite vsque ad 20. Capiuntur autem vel ab ijs, quæ essentialiter arthritidi inhęrent, vel ab ijs, quę necessariò arthri-

tidis

is naturam consequútur, vel ab eius causis. Essentialiter inhæret dolor, qui si fuerit tantum tensiuus, significat arthritidem à flatu productam, quemadmodum docuit Auicennas; si fuerit tensiuus, & grauitiuus, arthritidem ab humoribus genitam demonstrat; hic autem dolor cum sensu caliditatis, aut frigiditatis est iunctus, atque vel ex humoribus calidis, vel ex frigidis genitam esse arthritidem significat. Dolor autem non solum tensiuus, sed grauatiuus, & cum sensu caliditatis iunctus, vel habet sensum vlceris annexum, vel non; hic arthritidem ex sanguine productam significat, ille verò ex bile; vterque enim dolor ad differentiam arthritidis ex flatu, tum tensiuus est, tum grauatiuus; ad differentiam verò arthritidis ex humoribus frigidis, cum sensu caliditatis iunctus. Differunt porrò inter se, quòd dolor ex bile sensum vlceris habet annexum, non autem qui ex sanguine prodit; nam etsi vterque humor extendere, sensumq; non tantum grauitatis, sed etiam caliditatis in partem affectam inducere possit, bilis tamen sensum vlceris insuper producit, sanguis non item. Verùm dolor ex humoribus frigidis genitam arthritidem significans, vel est solum tensiuus, grauatiuus, & cum sensu frigiditatis iunctus, vel etiã habet annexum sensum asperitatis; hic ex melancholia, ille ex pituita genitam arthritidem denotat; vterque enim humor sensum tensionis, grauitatis, & frigiditatis parti dolenti impertire potest; melancholia porrò sensum asperitatis quoque communicat, pituita verò minimè.

De signis arthritidis ex necessario consequentibus desumptis. Cap. 25.

SIgna arthritidis demonstratiua non solum c[...]piuntur ab ijs, quæ ipsi essentialiter inhæren[t] de quibus diximus; sed etiam ab iis, quæ eius n[a]turam necessariò consequuntur, de quibus nun[c] sermo est habendus. Signa arthritidis naturā n[e]cessariò cōsequentia sunt, arthritidis, eiusq; cau[s]sæ coniunctæ symptomata, videlicet qualitate[s] mutatæ, operationes, quæque præter naturam vel excernuntur à corpore, vel in eo retinentu[r]. Qualitates, vel vnius sensus sunt propriæ, vel plu[rium] communes. Vnius sensus propriæ in qu[a] duplici sunt differentia, loquor enim de ijs tātū[m] modo, è quibus peti possunt arthritidis signa, cu[i]usmodi sunt qualitates visibiles, tactiles, audit[u] perceptæ, atque gustabiles. Quod ad visibiles a[t]tinet qualitates, color partis affectæ rubens de[]notat arthritidem sanguineam, flauus biliosam, albus pituitosam, niger melācholicam; color de[]nique mixtus arthritidem ex variorum humor[um] commixtione ortam. Qualitates tactiles redu[ci] possunt ad ea, quæ dolori essentialiter inhæren[t], de quibus iam dictum est. Quæ verò auditus sun[t] ꝓpriæ, iis arthritidis species sic internoscas, si so[]nitum in parte affecta percipias, vel secus. Sonitu[s] namq; in hypochondrijs, aliaue parte laborant[e] editus, indicio est arthritidem ex flatu prouenire; contrà nullo sonitu percepto, rationi consonu[m] est arthritidem ab humoribus pendere. Qualita[]tes gustabiles diuersas arthritidis produnt diffe[]rentia[s]

ntias pro diuersitate saporum, qui linguę ęgro-
rum sese offerunt. Quare sapor exactè dulcis ar-
thritidem ex sanguine productam declarat; leui-
ter admodum dulcis, aut nullus, arthritidem ex
pituita insipida; salsus ex salsa; acid⁹ ex acida; acerb⁹
deniq; ex melancholia arthritidem denunciat, quod
varij simul sapores gustu percipiantur, arthritis
ex humoribus diuersi generis erit. Qualitates o-
dorabiles silentio inuoluimus, quoniam ex ijs
nulla fieri potest arthritidis specierũ internotio.
Qualitas communis sensuum est forma, seu figu-
ra, qua species arthritidis discriminantur, quate-
nus locus alius formabilis est, alius nequaquam.
Formabilem vocamus, qui manu factam cõpres-
sionem permanentem retinet; non formabilem,
qui contra. Locus affectus formabilis demonstrat
arthritidem ex pituita viscida, œdematosam nun-
cupatam auctore Æneo 3. tetrabilium sermone
4. capi. 16. Locus affectus, qui comprimente ma-
nu foueam permanentem nequit suscipere, vel
manu potest comprimi, quod est argumentum
arthritidis biliosæ, & serosæ; vel nequit compri-
mi, & sic indicatur sanguinea, melancholica, &
tophacea. Cur autem affectus locus arthritide so-
lum œdematosa sit formabilis, curq; arthritide
biliosa & serosa laborans sit pressibilis, nõ autem
correptus melãcholica, tophacea, aut sanguinea,
non est huius loci disputatio, sed pertinet ad tra-
ctatum de tumoribus, vbi quærẽdum, cur tumor
solum œdematosus sit formabilis, alij verò non-
nulli tantum pressibiles, nonnulli etiã eiusmodi,

vt ne comprimi quidem possint. Hæc de symptomatibus in qualitate mutata, à quibus capiuntur signa arthritidis; nunc omissis operationibus læsis, vtpote quæ aptius ad essentialiter arthritidi inhærentia superius tradita, quàm ad necessariò consequentia referantur, transeamus modò ad excreta, atque retenta præter naturam, quæ & ipsa varias arthritidis species innuunt. Vrina flaua arthritidem biliosam, alba & tenuis serosam, alba & crassa pituitosam insinuat. Quod dicimus de vrinarum differentijs, idem etiam de omnibus reliquorum excrementorum differentijs dicendum est. Ad eundem modum retenta præter naturam diuersitatem arthritidis indicant, nam suppressa pituita, quę per nares expurgari consueuit, verisimile est arthritidē esse pituitosam; ex mensibus præter naturam suppressis, aut sanguine, qui per nares, vel hæmorrhoides expurgari solitus est, absque dubio arthritis sanguinea declaratur. Hæc de signis à necessariò consequentibus satis.

De signis arthritidis à causis desumptis. Cap. 26.

CVm omne illud, quod arthritidem significat, eius signum dici possit, nō est mirum si ipsius causæ inter signa quoque connumerentur. Harū autem aliæ externæ, aliæ internæ, internarū porrò quædam præter naturam, quædam secundum naturam. Ex illarum numero, quę sunt pręter naturam, nonnulli morbi existunt, qui quatenus efficiunt, vel fouent arthritidem, eius quoq; causæ dicuntur, quatenus verò eandem demonstrant, signi nomine donantur. Itaq; si arthritis febrem

aliquā

aliquam acutam consequatur, qualis fuit ea, quæ Auerroes 3. collig. 31. correptũ se fatetur, ex tenuibus humoribus, præcipuè bile, producitur. quòd si dolores articulares longas consequãtur febres, quod non rarò accidit teste Hippo. 4. aphor. 44. arthritis ex humoribus crassis, & viscidis genita significatur. Cæterum non solum causæ prater naturam, sed etiam naturales arthritidis sunt indicia, inter quas temperamentum, sexus, & ætas recenseri possunt. etenim pro diuersitate temperamenti, sexus, & ætatis diuersi solent redundare humores, ex quibus arthritis oritur, exempli gratia, iuuenis arthriticus indicat arthritidem fieri ex prædominio bilis, & de hac loquutus est Hipp. dum dixit in libro de affectionibus iuuenes esse valde obnoxios arthritidi. Eadem arthritis in ætate senili ex pituita producitur, & de hac loquutus est Hipp. 5. aphor. vlt. vbi dixit senes non solũ spirandi difficultatibus, sed doloribus articulorũ, alijsque morbis ex pituita obnoxios esse. quod nõ solum animaduertit Galenus in commento illius aphorismi, sed etiam 8. libro de decretis Hipp. & Platonis cap. 6. Præter causas intrinsecas inter signa arthritidis connumerantur etiam causæ externæ, siue sint præteritæ, siue præsentes. si præterierint causæ refrigerantes, significatur arthritis ex humore frigido genita, si calefacientes ex calido. Si quis enim post longam moram sub aere frigido, in regionibus pariter frigidis, locis subterraneis, vtpotè carceribus degens, post frequentes natationes, post vsum ciborum frigidorum, post

diuturnum otium inciderit in arthritidẽ, cui dubium esse potest, quin ex præcedentibus facta sit arthritis pituitosa, atque ab eisdem veluti signis quibusdam apertissimè declaretur? Et contrarijs causis non solum arthritidem biilosam produci, sed etiam clarissimè indicari quis iam ambigat? Quod attinet ad causas præsentes, hę quidem censentur ea omnia, quæ lædentia, & iuuantia appellantur, nam si quis arthriticus venæ sectione persanetur, aut saltem subleuetur, manifestum ex sanguine fuisse genitã arthriridem; qualis ea fuit, quam profitetur Galenus sola sanguinis missione se curasse. Similiter si quis arthritide correptus vsu calidorum recreetur, arthritis pituitosa, aut melancholica significatur, contra verò biliosa, sanguineave, si ex eorum vsu detrimentum patiatur. Idem de reliquis omnibus iuuantibus, ac lædentibus esto iudicium.

Signa locorum in arthritide laborantium. Cap. 17.

EXposita sunt signa arthritidis cuiuscunq; ex materię redundantia, iã exponenda quæ à loco capiuntur affecto. Facilimus autem est cognitu locus affectus, cum ne ægri quidem ipsi ignorent sibi dolere modò pedes, modò crura, modò manus, ac proinde laborare se, vel podagra, vel gonagra. vel chiragra dolorem.n. vbi vbi est, psentiscãt ęgri est necesse, ex cuius perceptione partis affectę cognitio statim emergit. Verũ non est æq; facile causæ arthritidem efficientis locũ affectum patefacere, hoc est declarare vtrum materia redundet in cauitatibus articulorum, an sub eorum mem-

membranis, vel potius in ligamẽtis. Nos quidem dicimus, si tumor fuerit externus, & valde euidẽs, redundantem materiam in ligamentis reperiri; si fuerit internus tumor parumq́ue euidens, aut planè imperceptibilis, materiam redundantem vel in cauitatibus consistere, vel membranis articulorũ subesse. Præterea si dolor erit profundus, iudicio est cauitatem, vel membranam in se continere materiam; si verò fuerit in superficie, ligamenta repleta esse. Non solum autem ægri explicare consueuerunt, vtrum eorum dolor sit profundus, an in superficie, sed etiam manus impositione, dum cõprimitur locus affectus, id cognosci potest. si enim ex cõpressione augeatur dolor, significat in superficie cõtineri; esse verò profundum, si ex compressione non increscat. quando dolor ossium dolentium imaginẽ inducit, quemadmodum Galenus docet 2. de locis affectis 7. materia sub membranis extremitates ossium ambientibus collecta est. Motus valdè difficilis, & eluxatio denotant materiam contineri in cauitate, in qua quia redundante materia gibba pars ossis cõtineri nequit, subsequitur luxatio, quæ nullo modo remoueri potest, nisi materia collecta in cauitate euacuetur. Ex luxatione etiam colligitur affecta esse ligamẽta, vtpotè madefacta, & laxiora reddita; quæ luxatio in eo à priore luxatione differt, quoniam quemadmodum madefactis, & laxioribus redditis ligamentis facilè articulus cauitate excidit, ita etiam sine difficultate eò recidit, veluti notat optimè Galenus 6. aphor. vltimo, & Auicẽ-

nas lib.3.fen.22.tract.2.c.5. Itaque luxatio, quæ facilè remouetur, significat affecta esse ligamenta; quæ difficulter corrigitur, repletam cauitatem demonstrat; quæ verò luxatio insanabilis est, repletam materia gypsea cauitatem ostendit. Illud hoc loco obseruatione dignum, in ischiate pariter affligi crus, & pedem, quemadmodum colligitur ex Aetio c.1. quarti sermonis tertij tetrabiliũ, quamuis materia in locis articulorum cruris, & pedis non fuerit collecta. Dolent enim crus, & pes propter cõsensum, & communionem, quam habent cum coxa affecta, ex cuius ligamentis prodeunt tẽdones, qui sui longitudine vsque ad crus feruntur, vnde dolorem coxendicum cruri quoque communicant; haud aliter cum tendines magni ab articulis, & ligamentis cruris oriantur, & vsque ad pedem pertingunt, pedi quoque dolorem impertiunt. Hęc de signis loci in arthritide laborãtis.

Signa locorum, à quibus ad articulos humores fluere consueuerunt, Cap. 28.

NOn solum autem cognitu sunt necessaria loca redundantem materiam suscipientia, sed etiam ea, à quibus fluxio fieri solet. Quare si fiat à toto, ex præcedẽtibus febribus, ex cachexia, alijsque totius corporis signis demonstratur; si fiat à capite, non tantum ex eius grauitate, somno longo, & profundo, sed ex eiusdem tumoribus, & alijs affectionibus indicari potest; quemadmodum quoque si fiat fluxio à ventriculo, non solum ex suppresso vomitu, sed etiam ex quãplurimis alijs signis elucescit; si fluat materia ab vtero, pręcessi-

defect-

fectus mẽſium; ſi ab inteſtino colo, colicus dolor; ſi à lumbis, & renibus, harũ partiũ dolor. omnium partium affectarũ ſigna in præſentia commemorare otioſum foret; ideoq́; de ſignis locorum, quibus fit ad articulos fluxio, hęc pauca ſufficiãt.

Cur de ſignis prognoſticis arthritidis in genere, omniumque eius differentiarum ſit loquendum; cur item omnis arthritis vt plurimum difficulter curetur. Cap 29.

VT indicantium omnium ad arthritidem attinentium exacta habeatur cognitio, poſteaq̃ de eſſentia arthritidis, de omnibus eius cauſis, atque differentijs, necnon de ſignis eiuſdẽ demonſtratiuis, omniumq́; illius differentiarũ diximus, de prognoſticis nunc eſt dicendum, idq́; ea potiſſimum de cauſa, quòd magni referat intelligere quænam arthritis curari poſſit, quæ non; quæ námque incurabilis eſt, ſoli prognoſtico relinquenda; quæ verò curationẽ admittit, remedijs per indicationem inuentis curanda eſt. In recenſendis autem ſignis prognoſticis ad arthritidem ſpectãtibus, fiet progreſſus ab vniuerſaliorib⁹ ad minus vniuerſalia; quẽ ordinem in ſuperioribus quoque ſeruauimus. Itaque ſi ſermo fiat de omni arthritide, dicimus arthritidem vt plurimum eſſe curatu difficilem, quoniam in omni arthritide afficiuntur partes frigidæ, ſiccæ, atq; duræ, quarum ea eſt natura, vt materiã redundantem diutiſſimè aſſeruent. Itaq; dictum eſt à Galeno 6. aphor. 49. qua enim ratione vix aliquid in ſe humoris externi ſuſcipiunt, cum duræ ſint, & denſæ huiuſcemodi partes, hac ipſa ratione cum difficultate dimittũt.

Signa prognostica differentiarum arthritidis, quæ à cau[sa] formali proficiscuntur. *Cap. 30.*

QVò magis arthritis lædit facultatem corp[us] gubernantem, eò difficilius curatur. Si enim arthritis vigilias inducat vehementissimas, syncopen, aut lipothymiam, adeò vt cogantur medi[ci] loco dolenti applicare stupefacientia, periculum est ne repellantur humores ad aliquam partem principem, & ægro interitum afferant; cum ea sola tunc supersit spes salutis, si iterum possint ad ar[tus] reuelli, quemadmodum optimè Galenus secundo de natura humana commento quinto. Q[uod] si arthritis lædat tantùm vires partis affectæ, difficulter & ipsa curatur, nam si partis dolẽtis taben producat, efficit proculdubio morbum ægrè curabilem, nempè intemperiem siccam, quod enim senium in sanis est, id sicca intẽperies est in ægris, vt colligitur ex Galeno 7. meth. 5. Si in arthritid[e] cõtingat luxatio, arthritis aut difficilimè sanatur, aut prorsus est insanabilis: difficilimè quidem sanatur, si accidat luxatio, quòd dearticulationis ligamenta sint madefacta, & laxiora reddita; quamuis enim articulus, qui excidit à cauitate, non difficulter reponatur, arthritis tamen hæc sanari n[on] potest, nisi loca affecta comburantur, velut sæp[e] docet Hippocrates, & potissimum 6. aphor. vltimo. Insanabilis erit arthritis, si quando fiat luxatio, ꝙ materia sit cauitas repleta, eaq; præsertim gypsea, non enim excidit articulus, & rursus incidit, ideoq; neque luxatio, neque arthritis sanari potest, vt ex commento Galeni in aphorismum

propo-

opoſitum colligi poteſt. nam quò articulus in nitatem redeat, neceſſe eſt vt materia in cauita- contenta prius euacuetur; quod minimè fieri teſt, præcipuè ſi fuerit valde viſcida, aut gyp- a.

igna prognoſtica arthritidis differentiarum, quæ à cauſa efficienti capiuntur. Cap. 31.

ARthritis ex pituita viſcida curatu eſt difficillima, quoniam in hac maximè omnium depra- tur retentio, in omni quidem arthritide reten- o longior eſt, quàm naturalis ſtatus poſtulet; ve- m eadem multo eſt longior in arthritide ex pi- ita viſcida, quoniam hæc materia adeò adhæret cis articulorum, vt vix ab eis ſeparari queat. Qđ materia fuerit non ſolum viſcida, ſed etiam gyp- a, de ea ſic Hippocrates ſecũdo libro prædictio- um. Quicunque aut ſenes ſunt, aut circa arti- los callos tophaceos concretos habent, aut rumnosè viuunt, aut ſiccam aluum habent, hi nnes fieri ſani non poſſunt arte humana, quan- m ego noui. Hos igitur ſoli prognoſtico relin- uendos ducimus, vtpotè arte medica incurabi- s, quamuis ope naturæ aliquando curentur, qñ delicet alui fluxiones laudabiles ſubſequuntur; uemadmodum quoq; ſuperueniente fluxu vri- æ albæ, & craſſæ quamplurimi ab articulorũ af- ectibus imminentibus præſeruantur, vti docuit lippocrates 4. aphor. 74. Verum iuuenis laboris mator ratione victus optima vtens, aluũ hume- tam habens, ſi medicum ſibi prudentem elege- it, arthritide ex pituita genita non gypſea libera-

bitur. Nunc ad arthritidem sanguineā veniam
de qua Galenus 10. de compos. medicamentoru
secundum loca ca, 2. dicit, quod quemadmodu
rarò fit arthritis ex sanguinis multitudine, ita
tissimè venę sectione curatur. Idcirco libro de c
randi rōe per sanguinis missionem cap. 15. inqu
Memini me ischiadas vno die facta ex crure eu
cuatione curasse, nimirum vbi non ex frigore, s
impletis sanguine, quæ in coxa sunt, venis, prou
nissent. quinimo non solum sanguinis euacuati
ne arthritides curantur sanguineæ, sed quib. sp
ratur abscessum ad articulos futurū, si vrina re
dita multa, crassa, & alba, ex naribus quoque sa
guis eruperit, breui admodum solutio fit, vt col
gitur ex Hippocrate 4. aphor. 74. Auicēnas lib
fen. 22. cap. 6. de arthritide biliosa loquens, di
eam citò mortem attrahere, & præsertim ap
regimen plurimum: hęc enim ipsius sunt verb
Nonnulli existimarunt Auicennam loqui de
thritide ab atra bile profecta, verborumq; A
cennę hunc esse sensum, hanc arthritidem esse
thalem; quorum interpretatio sequentibus ve
bis Auicennæ confutatur, subdit enim; & præse
tim apud regimen multum. falsum namq; est a
thritidem atrabilarem esse lethalem, præserti
quando ægri rectè reguntur. Alij voluerunt Au
cennam loqui de arthritide biliosa, vt sensus
arthritidem biliosam esse lethalem, & præserti
quando curantur ęgri stupefaciētibus, atq; repe
cutientibus materiam ab articulis ad partes pri
cipales. Verū huius sententiæ confutatio non
 diffic

ficilis illud intuenti, loqui nempè Auicennam
loci de optimo regimine seu custodia, non aūt
eo, quo ab ignobilibus partibus ad principes
pelluntur humores. Ego verò, vt dicam quod
tio, arbitror Auicennam loqui de arthritide
iosa, illudq; sibi velle, arthritidem biliosam ci-
attrahere mortem, hoc est citò extingui, seu de
edio tolli, & potissimum qn̄ ægri optimè regū-
: quæ sententia non est Auicennæ propria, sed
cum Hippocrate, à quo accepit, cōis. Hippo-
ates enim in libro de affectionibus hæc habet
rba: arthritis ex bile, & pituita breuis quidē est
orbus, & acutus, non autem lethalis. quod autē
c loco affirmat Hippocrates de arthritide ex
e, ac pituita commixtis, idem multo magis lo-
m habet in arthritide tantum biliosa, dummo-
qui ea laborant optimè regātur. Arthritis me-
ncholica quemadmodum rara est, ita vix, aut ne
quidem arte vlla curatur.

*Signis prognosticis ischiadis cuiusdam sententia Hippo-
tis explicatio, explicationis aliorum confutatio. Cap. 32.*

QVamuis ischias dolor sit vehementissimus,
quoniam ex sententia Hippocratis libro de
fectionibus, coxæ iuncturam, summas nates, ac
xendicem obsidet, adde etiam ꝙ per crus vni-
rsum diffunditur; quæ partes tot ac tantæ cum
quisito sint sensu præditæ, extensiuè, & intensi-
dolori acuto sunt obnoxiæ; nihilominus alijs
ticulorum doloribus difficilior non est curatu,
inimo facilius longè q̄ chiragra, aut podagra
rari solet. nam cōis omnium consensus, adeoq;

experientia ipsa sæpe docuit, clysteribus acrio
bus, quos pharmaca purgantia ingrediuntur,
chiadem esse sublatam; de podagra, aut chirag
nihil vnquam tale legimus. nec mirum, quand
quidem purgantia medicamenta è coxis, vtpo
partibus proximis materiam leui negotio elici
atque extrahunt; è partibus verò remotis non
ne summa difficultate materiam educunt. Est se
tentia Hippocratis quarto in sexto epidem. te
tertio, repetita etiam in fine libri de humoribu
si doloribus articularibus intestinorum à dext
parte superuenit dolor, reddit ægrum quietior
posteaquàm verò is curatus est, erat dolētior. G
lenus confutatis prius veterum interpretation
bus concludit nomine intestini dextri esse int
ligēdum colon; duasq; affert causas, cur superu
niente dolore colico articulari æger fiat quieti
altera est, quia dolor maior superueniens min
tenebras offundit, auctore eodemmet Hippoc
te 2. aphor. 46. est autem dolor colicus articul
maior, ideoq; æger quietior redditur. Altera
causa, quia transposita materia ab articulis ad i
testinum colon, dolor articularis remissior fit,
æger redditur quietior. Nōnulli alioquin doct
simi Galeni interpretationem reprehēdunt, p
mum quia licet dolor maior superueniens min
rem obscuret, non tñ æger redditur quietior,
dicit Hippocrates, sed magis excruciatur. dein
quia materia in articulis semel deposita, non n
difficillimè ad intestina deflecti potest. quare m
lius exponi Hippocratem volunt ad hūc modu

ui intestinum colon dolet, eum, superueniente
olore articulari, quietiorem reddi. quàm ipsorũ
ntẽtiam duplici ratione muniunt, tum quia fa-
lis est materiæ ab intestinis ad articulos fluxio,
xta Paulum, qui lib. 3. cap. 43. in quadam consti-
utione sui temporis factum id affirmat; tũ quia
rè dicitur quietior fieri, qui dolore magno, cu-
ismodi est colicus, transit ad minorem, qualis est
ticularis. Hæc interpretatio, si quid ego iudico,
mente Hippocratis tam est aliena, quàm quæ
ienissima. Etenim falsum est minore superueni-
nte dolore, videlicet articulari, maiorem obscu-
ari, nempè colicum; vehementior remissiorem
bscurat, non contrà. Præterea minore dolore
naiori superueniente non est rationi consenta-
eum, è loco magis dolente ad locum minus do-
entem humorem attrahi. Adhæc non dicit Hip-
ocrates ægrum quietiorem reddi, quod dolor
nagnus transeat, seu permutetur in minorem, sic
nim verisimile esset hanc permutationem ex co-
ico in arthriticum fieri; sed dum vnus dolor alte-
i superueniret, æger erat quietior; postquam ve-
ò is curatus est, fuit dolentior. quare voluit sub-
euatum fuisse ægrum, dum dolor alter alteri sub-
ungeretur, non autem dum ex maiore in mino-
rem fieret transitus. Quare seposita aliorũ inter-
pretatione concludo cum Galeno Hippocratem
de vnius eiusdemq; doloris nempè articularis le-
nitione loquutum fuisse; quamuis enim dum re-
missiori dolor superuenit intensior, simpliciter si
loquamur, æger non tam subleuetur, quam affli-

gatur;ſecundum priorem tamen dolorem quie-
tior dicitur reddi, quoniam prior minus animad-
uertitur, conuerſoq; impetu cauſæ ſuæ ad locum
magis dolentem mitior etiam re ipſa euadit. Ad
obiectiones contra Galeni interpretationem al-
latas reſpondemus, Hippocratem non dixiſſe, ſu-
perueniente dolore colico ipſi articulari, ſimpli-
citer ægrum ſubleuatũ; ſed articulari minus fuiſſe
exagitatum. Præterea non eſt impoſſibile, immo
neque difficile, vt materia, quæ aliquandiu arti-
culis inſedit, ad inteſtina deflectatur. quemadmo-
dum enim Paulus in mala quadam Italiæ conſti-
tutione plures ex dolore colico in arthritidẽ in-
cidiſſe tradit, fluente nempe materia ab inteſtino
colo ad artus; ita docet Hippocrates loco ſupra
citato, ſenes podagra correptos tophacea, ſuper-
ueniente fluxu alui perſanari. Quare quemadmo-
dum ab inteſtinis ad articulos, quod contingere
ſæpe ſolet in dyſenteria, fluit humor, deſinitque
dyſenteria in arthritidem; ita etiam humoris flu-
xio ab articulis ad inteſtina facit, vt ſuperuenien-
te fluxu alui arthritis ipſa euaneſcat. hoc autẽ ac-
cidere ſolet in articulis coxæ præ cęteris omnib9
vt qui ꝓximi ſint inteſtinis, facileq; ꝓinde defle-
ctatᷣ ab ijs humor, quo iſchias curetur. quẽadmo-
dũ verò fluxu alui ſpõtaneo ſuperueniẽte, iſchia-
di nullus loc9 relinquitur, ita optimè ſuperius cõ-
ſtituimus eãdem clyſterum acrium ope, qui pur-
gantia medicamenta in ſe recipiant, ſanari poſſe.

Signa prognoſtica podagræ, & chiragræ. Cap. 33.

HIppocrates libro de affectionibus podagram
dicit

licit esse morbum chronicum, & consequenter cæteris doloribus ægrius curari. cuius rei rationẽ ibidem reddit, quoniam videlicet materia eò difficilius eximitur, quò residet in locis frigidiorib9, densioribus, solidioribus; maioreq́; corporis necessitate constitutis. quam quidẽ ob rẽ cum difficilimè materia podagrã efficiẽs tollatur, propterea omnium, qui in articulis consistunt, morborum maximè violentus, ac diuturnus ducitur, ægreq́; cedens ab Hippocrate vocatur. Galenus 6. de tuenda valetudine 7. podagram negat esse lethalẽ, sed adeo diuturnã esse affirmat, vt homines ad mortẽ vsq, comitetur. quo loco hominum nomine nõ oẽs cuiusuis ętatis cõplexus est, sed illos, de quibus loquutus est Hippocrates 2. aphor. 40. nempè valde senes, malamq́; victus rationem seruantes. qui enim non admodum consenuerint, in ijs podagræ curatio intra dies 40. absoluetur, si modò medico non aberranti æger morem gesserit. quemadmodum non solùm tradit Hippocrates 6. aphor. 49. sed luce clarius demonstrat Galenus in commento. Quod dictum est de podagra, idem in chiragra dicendum, nempè morbũ valde diuturnum esse, qui vt plurimum senes ad mortẽ vsq; comitetur; in iunioribus verò dũmodo nullus committatur error, 40. dierum spatio terminari. Si cui morbi articulares sunt ingeniti, is ab ijsdem, præcipuè verò podagra liberari omnino nequit, Hippocrate teste secundo prædictionum. Nonnulli insitam habent articulorum imbecillitatem, eam tamen dolor nõ necessariò subsequi-

tur, auctore Galeno 6. aphor. 28. Ad arthritidis autem generationem nō modò articulorum imbecillitas, sed etiam fluxio desideratur; fluxio verò nunquam excitabitur, nisi quid in victu is deliquerit, qui in arthritidem propendet.

De indicatis à dolore, & anodynis distrahentibus. Cap. 34.

IAm de natura indicantium omnium ad arthritidem attinentium quàm potuimus accuratissimè, ptractauimus arthritidis.n. definitionem, oēs illius causas, atq; differentias, denique illius, suarumq; differentiarū signa tū demonstratiua, tum pgnostica in mediū protulimus; nūc quæ auxilia, quas auxiliorum materias, quamque administrationem arthritidis indicantia postulent, exponemus. Quod ad primum attinet, inter alia, quæ rationem indicantis subeunt, ipse dolor articularis sese offert, qui quatenus symptoma, videlicet tristis sensatio tensiua, nihil indicat, seu nullo eget remedio; docuit enim Galenus 12. meth. 1. & 7. symptoma, quatenus tale, non indicare; indicat tamē dolor articularis, quatenus habet rationē causæ; quæ causa fuit, vt arthritidem non solum sub rōe symptomatis, sed etiam causæ definiremus. Indicat autem articularis dolor vehemens, non leuiusculus; vehementis porrò doloris, quemadmodum & causæ omnis indicatio ad prouidentiam spectat, auxiliumq; ab eo indicatum anodynum dicitur, id est, dolorē emulcens. Ex anodynis alia leniunt dolorem distracta facultate sensitiua ab obiecto dolorem excitante, quoniam reuocant facultatem sentientem ad sui cognitionē, & consequē-

ſequenter eam diſtrahunt à cognitione alterius. Huius generis anodyna vel ſimpliciter ſunt talia, vel mixtam habent naturam ex anodynis, & moleſtiam inferentibus. Simplex anodynũ eſt facultatis adiudicantis obiectum valde iucũdum; quapropter medici iubent ægros, qui vehementiſſimis doloribus torquentur, cum amicis de rebus iucũdis ſermones ſerere, atque ad alia, quæ oblectent, totos ſe conuertere. Vnde Galenus 1. de tuenda ſanitate cap. 7. tria anodyna commemorat, puerorum demulcendis doloribus maximè accõmodata, quꝙ facultatem eorum ſenſitiuam à cognitione obiecti moleſti diſtrahant, papillam nempe nutricis ori puerorum inditam, motum mediocrem, & vocis modulationem. Obiecta itaq; valde iucunda ſunt ſimpliciter anodyna, quæ facultatem ſenſitiuam à cognitione obiecti iniucundi auertunt, eamq́; ad ſui cognitionẽ rapiunt. Mixta anodyna omnia facultati ſenſitiuæ moleſta. inter hæc dolor vehemens recenſetur, de quo dictũ eſt ab Hippocrate 2. aphor. 46. vehementiore dolore languidiorem obtundi, ac obſcurari. dolor maior minori ſuperueniens, quatenus priorem obſcurat, anodynum dici poteſt; quatenus verò moleſtiam infert, potius contrarium anodyno. Illud tamen eſt notandum dolorem vehementiorem in eandem partem, quam mitior occupat, inſilientem, nullo modo anodynum dici poſſe, quippe qui dolorem adauget, non imminuit; ſed is dolor vehemens anodyni nomen meretur, qui nõ parti minus dolenti ſuperuenerit, ſed alteri ab ea di-

uersæ, vti colligitur ex Hippocrate, & Galeno citato loco; ex quorum pariter sententia nos suprà docuimus, dolorem colicum articulari superueniẽtem, articularem obscurare. Inter mixta anodyna recensentur animi vehementes perturbationes, quæ quidem dolorem priorem occultãt, & molestiam inferunt, quales sunt timor, & ira. Si quis enim dolore vehementi detentus videat domum comburi, præ nimio ignis timore dolorem non animaduertit; & qui vulnerãtur ab inimicis, nimia ira, furoreque perciti, vulnus illatum, ex eoque dolorem non persentiunt.

De anodynis sensum omnino tollentibus. Cap. 35.

PRæter anodyna distrahentia facultatem sentientem à cognitione obiecti molesti, de quibus diximus, sunt & alia, de quibus nũc est dicendum, quæ vel sensum dolentis partis omni ex parte tollunt, vel minuunt, vel æqualẽ reddunt. Primi generis remedia etsi anodyna dicantur, reuera tamen anodyna non sunt; sed eodem planè modo in genere causæ efficiẽtis dicuntur anodyna, quo Galenus 5. simpl. ca. 19. hominem mortuum anodynon vocari posse putat, ꝙ dolore vacet; vacat autem dolore, quia sensu caret; sic illa dolorem auferunt, quia sensum vnà adimunt, vnde etiam stupefacientia appellantur. Hæc remedia, cum ad differentiam distrahentium non agant immediatè in facultatem cognoscitiuam, neq; eam distrahant à cognitione alicuius obiecti, sed tanquam vehementissimè frigida auferant calorem naturalem

ralem,quo facultas ſenſitiua vtitur ad operationes ſuas exercendas,propterea dicuntur quoque auferre ſenſum.eſt enim neruoſarum partium calor modicus,quo fit vt inter frigidas partes corporis recenſeantur,earumq; calor nō difficulter frigidis admodum medicamẽtis tollatur; dum .a. neruoſarum partium tollitur temperamentum calidum,quod eſt inſtrumentum præcipuum facultatis ſentientis,hæc proculdubio facultas obſtupeſcit,ideoque ne ſentire quidem,nedum dolorem pati,poteſt.

De anodynis ſenſum minuentibus, & æqualem reddentibus. Cap. 36.

ANodyna ſenſum obtundentia leniunt dolorem,quoniam cũ ſint valde humida, ſiccitaté auferunt,quo ad operandum neruoſæ partes velut inſtrumento minus præcipuo vtuntur. eſt.n. neruoſarum partium ſiccitas adeo remiſſa, vt citra cõtrouerſiam remedijs valde humidis remoueri poſſit;cum etiam inter neruoſas partes ſentientes nerui non ſicci,ſed humidi dicãtur. Quare hæc anodyna humida cum ſiccum tollant temperamentum,quod ſimul cum calore facultatem ſentientem fouet,ac quodammodo exacuit, dicuntur quoque eandem facultatem obtundere, adeo vt dolorem non perſentiat vehementem. Anodyna ſenſum æqualem reddentia proponũtur à Galeno 5.ſimpl.c.19.vbi dicuntur eſſe calida in primo,vel temperata,& tenuium partium; dicuntur autem ſenſum æqualem reddere, qm̃ ſpiritum animalem,vel eius radium,caloremq; , qui

ſtanto

in partem admodum dolentem plus æquo influxit, discutiunt. Ad partem.n. valde dolentem non solum tota facultas ducitur influens, sed etiam eius spiritus, vel radius, necnon calor influens; quo factum est, vt sæpe experientia docuerit in parte dolenti opposita fieri paralysin facta nẽpe facultatis influentis, spiritusq́; animalis, eiusúe radij nimia ad partem valde dolentem fluxione. exempli gratia, accepto vulnere in sinistra parte capitis, contingit paralysis, in dextra; qm̃ verò spiritus animalis, eiusúe radius, qui nimium ad locum dolentem confluxit, est in causa, vt facultas sensitiua obiectum doloris insigniter percipiat, propterea eget medicamento discutiente, seu euaporationẽ sui efficiente, quod quidem est anodynum calidũ in primo, vel temperatum, tenuisq́; substantiæ, quodq́; nuncupatur anodynum æqualẽ reddens sensum; siquidem eundem nimis adauctũ, nimisq́ue acutum imminuit, atque remittit, ac consequenter æqualem naturali reddit.

Quæ sint anodynorũ vera indicantia. Cap. 57.

CONstat ex ijs, quæ dicta sunt, quatuor esse anodynorum genera; alia distrahentia facultatem sentientem, alia stupefacientia, alia obtundentia, alia facultatem æqualem reddentia, hæc omnia remedia doloris ab eodem quodammodo indicari dicuntur, quia dolorem sedant, eius causa relicta. q̃uis propriè si loquamur, doloris indicata dici non debent, cum neque immediatè tollant dolorem, neque vt plura ab vno indicari possint, quòd vnicum ab vno indicetur Galeno attestante

ſtante 9.meth.12.11,meth.13. libro de optima ſe-
cta ad Thraſib. capit. 23. & 45. Præterea quòd
vnum idemque indicet, auxilioque immediatè
ſubleuetur, vt docet idem Galenus 3. meth.1. q̃d
verò ad ablationem alterius aufertur, non indicat
remedia, eodẽ Galeno teſte 12. meth. 1. quare hæc
anodynorum genera non poſſunt indicari à do-
lore, ſed diſtrahentia à facultate ſentiente, quę di-
ſtrahitur; ſtupefacientia, quæ ſunt vehemẽter fri-
gida, à calore, ſeu temperamẽto calido partis ſen-
tientis, quo per ea, quæ ſunt valde frigida ablato,
ſtupore quoq; afficitur facultas ſenſitiua, & dolor
ſedatur. Obtundentia indicantur à ſicco tempe-
ramento partium ſentientium, quo ſublato per
ea, quæ valde ſunt humida, obtunditur quoque
facultas ſenſitiua, dolorq; mitior redditur. Ano-
dyna æqualem ſenſum efficiẽtia indicantur à ſpi-
ritu animali, eius ve radio, qui immodicè ad locũ
dolentem confluxit, ad cuius ablationem ſenſus
iam factus acutior nonnihil hebeſcit, & naturali
redditur æqualis. Nunc quæ dicta ſunt, ad arthri-
tidis curationem accommodemus. Articularis
dolor vehementiſſimus anodynis ſtupefacienti-
bus compeſcendus, nedum alijs anodynorum ge-
neribus: qui verò minus eſt vehemens, anodynis
quibuſcunque, præterquam ſtupefacientibus,
ſedandus eſt. Omnium anodynorum materias in
ſequentibus ſubijciemus.

De remedijs præſeruatiuis. *Cap.* 38.

AD remedia prædicta accedunt ſanantia, quo-
rum nõnulla à cauſis, alia à morbis ad arthri-

tidem attinentibus capiuntur. Arthritidis vero causa cum sit vapor, humor, aut corpus solidum, quæcunque tandem illa fuerit causa, corpori aduersatur, vel substantia, vel quantitate, vel qualitate, vel loco; nam motus omnis cõiter sumptus in quatuor prædicamentis reperitur, nempe substantia, quantitate, qualitate, & vbi. quare si materia fuerit à tota substantia aduersaria, qualis est materia tophaceæ arthritidis, indicat remedium omnino auferens; quod dici debet detrahens, si quidem eius materia est solida, gypsea; solidorum autem propria est detractio, teste Galeno 3. in 6 de morbis vulgaribus 2. Sin autem materia consideretur, quatenus redundans efficit arthritidem, tunc ea si fuerit humor, oritur indicatio euacuãdi; sin flatus, discutiendi: quemadmodũ enim detractio est solidorum propria, ita euacuatio liquidorum, iuxta Galeni sententiam loco citato, nec non 4. aphor. 2. & libro ad Thrasib. c. 25. quibus in locis disertis verbis affirmat quãlibet euacuationem à materiæ redundantia indicari, vtpote illi contrariam. quemadmodum verò remedio sensibiliter euacuante eget humor redundans, ita insensibiliter euacuans, seu discutiens auxilium vapor superfluus postulat. Hęc triplex causá, humor nempe, vapor, & substantia solida, si cõsideretur, vt aduersatur corpori arthritico secundum qualitatem, indicat alterans, verbi gratia calida, vt bilis, indicat auxilium refrigerãs; frigida, vt pituita, calefaciens; & dura, vt tophacea, emolliẽs. Quod diximus de hisce alterantibus, idem plane de reli-
quis

nis remedijs alterantibus, quæ ad partem pro-
hylacticem pertinent, est dicendum, hæc videli-
et totidem esse, quot sunt causæ nostro corpori
ecundum qualitatem contrariæ. Si consideretur
ateria, vt aduersatur corpori secundum locum,
ateria hæc proculdubio non est materia, quæ
abuerit, vel habeat ad loca cõuenientia integrè
nclinationem, quia hæc corpori non aduersatur
ecundum locum, sed vel iudicata est, vel iudica-
ur, & consequenter remedio nullo indiget, iuxta
Hippocratis sententiam 1. aphor. 20. Quæ iudicã-
ur, & iudicata sunt integrè, neque mouere, neq;
ouare & cætera. Itaque si arthritidi superueniat
uxus alui, quo integrè moueat humor, aut mo-
us sit, nihil ex arte tentandum, sed naturæ totum
pus est relinquendum, vtpote soli huius arthri-
dis sanatrici. Verum materia nocens corpori se-
undum locum, habet inclinationem ad motum
on conuenientem, qui quidem vel est diminu-
us, vel deprauatus; si habuerit inclinationem ad
notum diminutum, indicat remedium adiuuãs,
uemadmodum docet vnà cum Hippocrate Gal.
apho. 21. Si arthritidi sanguineæ superueniat im-
minutus fluxus sanguinis narium, vel si eam pa-
atur mulier, cui diminutè menses fluant, cui du-
ium, quin mensium, & sanguinis narium fluxus
iminutus promouẽdus sit, quemadmodum do-
et Gale. 9. meth. ca. 5. Verum si materia habuerit
d motum deprauatum inclinationẽ, indiget di-
ertente, quod quidem auertens, transponens, &
ransferens nuncupatur à Gal. 1. aphor. 21. vbi hæc

habet verba: si inclinatio ad motum praua fuer
prohibere, transferre, atque diuertere oport
Hoc auxilium, cum communissimum sit, de o
ni auertente prędicatur, siue id reuellens, siue
riuās, siue etiam repercutiens fuerit. diuersio
que ita latè patet, vt ad reuulsionem, deriuatio
& repercussionem se extendat, teste Gal. 4. me
2. & 5. meth. 3. Vtrum. a. reuellens, deriuans,
repercutiens sint tria inter se auxilia diuersa,
potius vnum, idemq; auxilium, quod de varijs
materijs, varioq; materiarū vsu prædicetur, ex
quæ postea dicemus, elucescet. De remedijs ad
uidentiam attinentibus vnum illud adijcim
varia esse diuertentia pro materię, quę diuerti
bet, diuersitate: verbi gratia diuertens vapore
diuertens humorem, idque aliud atque aliud p
humoris diuersitate; diuertens corpus solidu
idque pariter variū pro corporis solidi varieta

De remedijs curatiuis. *Cap.* 39.

REmedia curatiua totidem in arthritide locu
habent, quot sunt morbi, qui ad eam pertin
ant. Morborum ad arthritidem pertinentium a
in locis reperiuntur, à quibus fit fluxio; alij in i
ad quæ fluxio defertur. exempli gratia, in cap
frigido generata pituita, quę subinde ad articul
decurrit, cui dubiū, quin caput sit calefaciend
eodem modo si ex intemperie calida iecoris g
neretur bilis, quæ arthritidem producat, quis
videt iecur esse frigefaciendum? Idem de quacu
que alia intemperie partis, aut totius corpor
vnde manat fluxio, sentiendum; inde videlicet

gi

ri indicationem alterandi per contrarium; quæ
uidem quatenus desumitur ab intemperie, vt
ausa continente actionis læsæ, curatiua indicatio
ici debet; quatenus verò ab eadem tanquam ar-
hritidis causa sumitur, indicatio præseruatiua est
uncupanda, quemadmodum enim Galenus 4.
neth. 3. & 4. necnon 5. meth. ca. 1. indicationẽ de-
umptam ab intemperie vlcus fouente præserua-
iuam nuncupat, ita nos quoque indicationem
uctam ab intemperie alicuius partis, vel totius
orporis arthritidem fouente, præseruatiuã esse
utamus. Quod dictum est de intemperie totius,
ut partis, à qua fit fluxio; idem est pronunciandũ
e intemperie partis, in quam recipitur. ex æquo
nim hæc, quatenus fouet arthritidem, auxilium
lterans præseruatiuum; quatenus verò est causa
mmediata actionis læsæ, curatiuum auxilium in-
icat. quinimo quotquot alij morbi arthritidi ad-
ectuntur, causæ nomine possunt insigniri, hacq;
õe auxilium indicare prę̨seruatiuum, dummodo
ndicandi facultatem habeant. Nam si Galenus 4.
neth. 4. tumorem intemperatum, aliosq́ue mor-
os causas vlceri iunctas appellat, quare nos den-
itatem, siccitatem, luxationem, atque alios arti-
ulorum morbos causas arthritidis non appella-
imus? & si causę debetur indicatio prę̨seruatiua,
uid vetat affirmare, morbis causæ rõnem habẽ-
ibus indicationem conuenire præseruatiuam?
Quapropter dicimus siccam in arthritide intem-
eriem, quatenus causa continens deprauatæ re-
entionis existit, auxilium humidum curatiuum

exigere;quatenus verò fouet arthritidem, pręseruatiuum expostulare. Pari modo dum arthri calida iungitur intemperies, hæc, vt causa dep uatæ attractionis frigidum auxilium curatiuu vt fouens arthritidem, præseruatiuũ indicat. de his morbis diximus, idem de alijs intellect volumus, nẽpe cõtraria indicare, quæ diuersa præseruatiua, & curatiua dici possint. Arthrit proinde annexa intemperies humida, qua lo articulorum ad suscipiendum idonea reddant remedium siccum indicat : frigida intemperi qua locis articulorum densatis tollitur expuls remedium calidum. Animaduertẽdum modo quamuis in loco dolente semper magnitudo ctа, & compressio reperiatur, nonnunquã etia obstructio, & morbus in cauitate; ab his tñ mo bis nulla desumitur indicatio, quandoquidem ablationem suarum causarum auferuntur, cu tamen quod remedium indicat, ad ablationẽ terius non tollatur, iuxta Gal. 12. meth. 1. veru morb⁹ in raritate, aut dẽsitate, q aliquãdo arthr tidi adhæret, indicat proculdubio, alter auxiliu densans, alter rarefaciens. Quoniam verò indic tio à virtute desumpta in arthritide locum no habet, quòd virtus indicet sibi simile, aut ea pro hibeat, quæ à morbo, morbique causa indicãtu sed solum quatenus eadem indicata coindicat, vel permittit; idcirco de indicatis à virtute desumptis ne verbum quidem hoc loco faciendum duximus.

Ar.dyno

Anodynon sensum reddens aequalem, quatenus tale, doloris causam non auferre. Cap. 40.

Ntequam ad materias auxiliorum, earumque
rectum vsum accedamus, duo sunt è medio
tenda dubia. Primum anodynum calidum in 1.
du, aut temperatum tenuisq; substantiæ, non
etur esse anodynum, sed sanans quiddam; do-
em.n.nō sedat relicto affectu, sed affectu sub-
o vnà tollit dolorem. Nā humores redundan-
euacuat, acres obtundit, crassos attenuat, va-
res discutit, poros nimium densos rarefacit, a-
que eiusmodi pręstat, quibus primum morbos
causas tollere, deinde dolorem sedare videtur.
de Argenterius libro suo de consultandi rōe
.præter stupefaciens se nunquā aliud anody-
m cognouisse fatetur; in quo sanè plurimū ab-
auit, tum quia extant alia tria anodynorū gñа,
quia stupefaciens ipsum ꝓpriè nō est anodinū
potius ex dolorem leniente, molestiamq; in-
ente auxiliū quoddā mixtum, stupore inducto
lorem sedans. Quare quáuis anodynū calidū,
uisq; substantiæ humores redundantes eua-
et, acres obtundat, crassos attenuet, cæteraque
estet teste Gal. 5. de simpl. medicamētorum fa-
ltatibus c.19. ea tñ præstat quatenus auxilium
ans, non anodynum, qm̄ dolorem sedat mor-
, & causa sublatis, nō relictis. Propriè aūt nun-
patur anodynum, qm̄ spiritum, qui plus æquo
locum dolentem confluxit, & facultatē nimis
quisito sensu præditam fouet, discutit, æqualé-
e facultatem facultati secundum naturam se

habẽti reddit. Altera dubitatio est eiusmodi, vt scilicet in arthritide locum habeant suppuranti Ex loco quidem Galeni citato de simp. medicam facultatibus c. 19. vbi scribit reperiri nonnulla nodyna, quæ similiter in corpus nostrum ac pu mouentia agant, videtur colligi posse, nonnun ad arthritidis curationem pus mouentia esse ad hibenda. Contrà Aetius lib. 3. sermone 4. c. 12. o ptimè statuit, nunquam in arthritide pus mouen tibus esse vtendum, ꝙ in hoc affectu nec mater suppurationi idonea, nec causa ipsius effectrix re periatur. Siquidem materię, quò in pus vertatu requiritur apta quædam dispositio, quã nusquan inuenias; quippe quæ sit vt plurimũ pituitosa, a ppterea frigida & humida, quæ difficilimè in pu vertitur. Adde ꝙ temporis progressu eam viscidi tatem, duritiéque contrahit, vt in tophos cõcre cat. Causa effectrix ipsius in pus conuersionis no solum est temperamentum calidũ & humidum sed etiam redundans corpus calidum & humidũ quod ab Hippocrate, & alijs calidum innatum et nuncupatum. Vtraque autẽ conuersionis in pu effectrix causa in arthritide deest, velut in affect partium, quæ inter calidas & humidas, calidoque innato redundantes reponi non consueuerunt sed potius inter frigidas & siccas, quæque calido innato carere videntur. Cum itaq; in morbis ar ticulorum materia in pus conuerti nequeat, id circo suppurantia non conueniunt; vt quæ lice quatenus temperata, & viscida, temperamentum affectarum arthritide partium, earũque calidum

inna-

atum cōſeruent, nihilominus ad conuerſionē
us efficiendam nihil adiumēti afferre poſſunt.
are Aetius non ſolum pus non eſſe mouendū
rthritide optimè conſtituit, ſed etiam ijs, quæ
aleno dicta ſunt, aduerſatur. Nam etſi ſtatuat
enus nonnulla eorum, quæ propriè anodyna
untur, perinde in corpus noſtrum ac pus mo-
ntia agere, nō propterea voluit hæc duo reme-
rum genera eiuſdem eſſe facultatis, ſed ſolo
nperamento ſibi inuicem ſimilia, alioquin diſ-
ilia; cum anodyna nihil prorſus adſtrictionis
bere debeant, ne ſi pars quidem, aut affectus id
oſcat; pus verò mouentia vim habeant poros
ſtruendi neceſſe eſt, vt calidum innatum affe-
rum partium conſeruent. Iure igitur optimo
arthritide pus mouentia ſunt interdicta.

materijs remediorum in genere, & venæ ſectionis tum inuentione, tum quantitate. *Cap. 41.*

Emediorum materiæ omnes in triplici ſunt
differentia; aliæ ad chirurgiam ſpectant, aliæ
pharmaciam, aliæ ad diætam; de quibus omni-
s ordine propoſito dicemus. Inter chirurgicas
aterias primum ſibi locum vēdicat venæ ſectio,
æ quidem eſt ſemper materia auxilij euacuato-
, idque vehementis, & conſequenter indicati à
ultitudine ſanguinis valde nocētis. Cum enim
opus cuiuſque euacuationis ſit humoris multi-
do, indicans proculdubio ſanguinis euacuandi
it eiuſdem ſanguinis multitudo; quod verò in-
cat auxilium vehemens ſanguinis euacuatoriū,
ultitudo ſanguinis actu, vel potentia valde no-

centis fuerit. Quapropter non solum Gale. 10. de compos. secundum loca ca. 2. sed Paulus, Aetius atque vt vno verbo dicā, omnes in arthritide sanguinea, aut in qua adest sanguinis redundātia, sanguinem esse euacuandum existimarunt. Vbi vero bilis, non .a. sanguis redundat, Auicennas sanguinis euacuationē interdicit, qm̄ sanguine euacuato bilis tenuior, adeoq; fluxioni aptior efficitur. Tempus oportunum secandæ venæ Aetius 3. tetrabilium sermone 4. c. 22. & Gal. 6. apho. 47. ver & autumnum esse voluerunt, non ignari hisce anni temporibus non tam redundare sanguinem, q̄ plus æquo ad articulos ferri consueuisse. Ideoq́ue arthritidi obnoxios ab eadem, venæ sectione preseruandos esse. In euacuatione verò arthritidis monet Aetius, quotiescūq; dolor articularis fuerit vehemens, siue ante cibum, siue à cibo, venam secari oportere; hac tn̄ cautione adhibita, vt vrgēte dolore ante cibi in ventriculo coctionē, prius vomitus excitetur, deinde vena secetur. Est .n. materia alimentalis in vētriculo existens, si cum sanguinis multitudine arthritidem efficiente conferatur indicans prius electum; qm̄ illius tanquam causæ sine qua non, prius per vomitum, quā hui9 per venę sectionem euacuatio eligitur. Verum cū venæ sectio non tantùm sit materia auxilij totius corporis euacuatorij, sed etiam partis affectæ, ꝓpterea Aetius 1. c. 4. sermonis 3. libri, dolorem coxēdicum à multitudine sanguinis obortum venæ sectione curandum censet: venæ quidem cubiti, ad euacuationem totius; venæ verò in malleolis

aut

sit poplite sitæ, ad euacuationem partis affectæ, nempe coxæ. Idem ante Aetium faciendum iudicauit Galenus x. de compos. medicamen. secundũ loca c.2. cuius sẽtẽtiæ ea meritò ratio reddi põt, q cõmodè sanguis è parte affecta nequeat educi, nisi prius q in toto corpore redundat, euacuetur. Hinc colligi põt semel, atque iterum in arthritide pertundi venam oportere; id ꝙ fatetur Aetius ex propria sententia loco citato, atque ex sententia Philargij 4. serm. lib.3.c.33. neque sanè mirum cũ virtus in arthriticis tantam sanguinis euacuationem vnica vice non sustineat, quantam totius corporis plethora exigat; ideoq; quantum sanguinis redundantis vires ferant, extrahendum; ꝙ superest repetita venæ sectione euacuandum, postquàm idoneis alimentis virtus nonnihil recreata fuerit. Hæc verò euacuandi ratio dicitur per epicrasin facta, qua non semel, & vniuersè quod redundat euacuatur, sed paulatim, atque ex interuallis aut horarum, aut dierum, prout virium instauratio cibis boni succi procuranda postulat. Hinc etiam colligitur, ꝙ dum sanguis valde redundat, multa eiusdem vacuatio necessaria est, dummodo virtus non facilè exoluatur. Vnde Philargius refert historiam arthritici cuiusdam sanguine valde repleti, qui ob multi sanguinis euacuationem liber ab arthritide euasit viribus etiam integris. Hoc autẽ putamus Philargium ab Hippocrate mutuatum esse 1. aphor.3. vbi colligitur, idque ex sẽtẽtia Galeni in commento, quantitatem euacuationis nõ solum ex redundante sanguine desumi, sed etiam

ex virtute corporis euacnādi. Vbi ergo mult⁹ abundat ſanguis, virtuſq; euacuationē tolerat, multus eſt euacuandus: vbi verò ſanguis parum redūdat, aut virtus ſanguine valde redundāte, largam effuſionem non fert, modicè euacuandum. In arthritide virtus plerunq; ſatis eſt valida ad mediocrem ſanguinis profuſionem tolerādam; ſi quando tamē arthritici conſtitutio debilior eſt, quàm vt vel leuem euacuationē ſuſtineat, profectò ſanguinis euacuatio ne tentanda quidem.

Quæ vena in arthriticis ſecanda. Cap. 42.

PErcepta mittendi ſanguinis quantitate, locus modo inquirendus, in quo ſecari vena oporteat. Galenus lib. de curādi rōe per ſanguinis miſſionem c. 18. vbi renes aut partes infra renes ſunt affectæ, iubet venas poplitis, aut malleolorū ſecare: venā verò cubiti, ſi partes renibus ſuperiores laborent. Hinc conſtat iſchiadem, gonagram, & podagram ſectis venis inferioribus curari debere. Galenus ſe plures iſchiadas inciſa vena in talo, aut poplite, vno, eodemq; die curaſſe, parum abeſt quin glorietur. Chiragra verò cum cæteris ſuperiorum partium articularibus morbis vena cubiti ſecta curanda eſt. Cum his, quæ iam diximus, pugnare fortaſſe videbuntur locus quidam Galeni, & alter Aetij. Galenus. n. x. de compoſ. medicam. ſecundum loca ca. 2. iſchiadas curandas eſſe exiſtimauit à cubito primum facta ſanguinis detractione. Aetius item lib. 3. ſermone 4. c. 1. & 12. cenſet nō ſolum in dolore coxendico, ſed in gonagra, & podagra venas cubiti; in chiragra verò, alijſq; partiū

[su]pernarum arthritidis differentijs venas inferio[re]s secandas esse. Verum qui loca citata paulò al[ti]us introspexerit, caputque secundum secũdi ad [G]lauconem diligenter perlegerit, hæsitare desi[n]et. Nã sectione venæ vel vniuersum corpus e[u]acuari, vel pars affecta debet: si totius corporis [f]acienda euacuatio, vena parti affectæ proxima [n]on est secanda; si è loco affecto euacuatio moli[e]nda, cõtrà vena parti affectæ proxima secari põt. [Q]uare dum afficiuntur partes inferiores, pro eua[c]uatione totius vena cubiti; dum afficiuntur su[p]eriores, vena iuxta talos, aut poplitem est secanda. Qñ verò extrahẽdus est sanguis è loco affecto, partibus supra renes laborantibus, vena brachij, partibus infra renes, aut renibus ipsis, vena circa talos, aut poplitem est incidenda. Neque igitur Galenus à se ipso, neque ab Aetio vllo pacto dissentit. Quoniam verò sectione venæ totius corporis euacuatoria, reuulsio quoque cõis fit, ideo in controuersiã vocatur, secanda ne sit vena eiusdem lateris cum loco affecto, an potius oppositi. Aetius c.23. seruandam esse rectitudinem tradit, ita vt in gonagra cruris dextri, aut pedis dextri podagra brachij dextri vena pertundatur, non autẽ sinistri. Galenus 2. ad Glauc. c. 2. in omni reuulsione seruari vult rectitudinem. Auicennas c. 7. citato sic scribit: oportebit, vt administres phlebotomiam ex parte contraria. quibus quidem verbis Aetio, aut Galeno minimè aduersatur, licet id facere videatur. Mutuatus est hanc sententiam Auicẽnas à Galeno libro artis medicinalis capite pẽ-

ultimo, vbi præcipitur, vt in omni reuulsione ad maximè oppositas partes fiat retractio. Id qđ seruata rectitudine sine dubio verissimum est. Exempli gratia, affecto genu dextro vena cubiti dextri secanda, non sinistri: affecto genu sinistro, vena sinistri cubiti non dextri. In arthritide totius, qua laborant oēs articuli, præcipit Auicennas, vt vtriusque simul cubiti vena secetur, quò non magis è dextra, quàm sinistra parte, sed ex omnibus corporis partibus ęquè fiat sanguinis euacuatio. Prętere a vt vena vnius cubiti secta, per eam tanquam per locum affecto proximum sanguis eliciatur; secta vena alterius cubiti diuertatur. Quod si vniuersi corporis articulis affectis, alij tñ magis, alij minus torquentur; nos cum Celso in cubito lateris minus afflicti venam aperiēdam esse existimamus. Quanquam non abs re omnibus articulis laborātibus, hæmorrhoidibus hirudines possunt applicari, quemadmodum quæ sequuntur, demonstrabunt.

De cucurbitulis, & hirudinibus. Cap. 43.

AEtius affixam cucurbitulam magnam coxæ dolenti ad curationem doloris coxendici cōmendat. Ea siquidem materiam morbificam, quæ in hoc affectu valde interna est, ac proinde difficulter euacuatur, ad circunferentiam pertrahit, quò vbi materia peruenerit, è corpore illico educitur. Confert multum etiā cucurbitula sine scarificatione, igne tamen coxæ applicata, qm̄ insensibiliter, licet non euidenter locum dolentē euacuat. Probantur quoque hirudines dolenti loco

appli-

applicitæ. De vtrisque autem, hoc est cucurbitulis, & hirudinibus, illud diligẽter animaduertendum, neutras ante totius corporis euacuationem loco affecto esse applicandas. Vnde Galenus pro curatione ischiadici doloris non esse scarificanda crura existimauit x. de compos. medic. secundum loca c. 2. nisi prius facta totius corporis conuenienti euacuatione. Hirudinum denique hoc proprium, vt hæmorrhoidibus applicatæ, commodè corpus vniuersum euacuare possint. Hoc vsu venit, quando oẽs articuli afficiuntur, veremurq́ue ne brachij, vel pedis secta vena, materia ad pedẽ, aut brachium affectum rapiatur; tunc enim hirudines vtilissimè hæmorrhoidibus applicantur, vniuersumq́ue corpus per eas euacuant. Nam etsi sanguinem in summo tantum corpore existentẽ, adeoq́ue proximum euacuare consueuerint, tñ ijs sublatis, viæ, quas hirudines ictibus suis confecerunt, fomentis apertæ possunt seruari, & cucurbitula magna eisdem applicari, quæ sanguinẽ etiam è toto copore abundè eliciat.

De extractione Varicum, & earum incisione. Cap. 40.

AEtius c. 24. ad præseruandum aliquem à podagra sanguinea, ex sententia Rufi varicum extractionem proponit, cuius beneficio sanguinem non amplius in articulos pedis influxurum podagrâq́ue pariturum censet. In aliarum verò partium articulis, vtpote coxendicis, cubiti, & similium, fluxione infestatis venæ cum valde non appareant detrahi minimè debent. Animaduertit tñ Auicennas lib. 3. fen. 22. tract. 1. c. 5. post vari-

cum extractionem partes ipsis proximas, velu pedes, nutrimento priuari, & contabescere Galenus de atra bile c. 5. ex varicum sublatione melancholiam sæpè produci testatum reliquit. Quare cum varicum detractioni tm̃ periculi impendeat, satius est earum plurimas fieri sectiones, & postea cicatrices, quibus viæ tã angustæ reddãtur vt denuo redundans sanguis per varices permeare nequeat. Cum.n. Galenus 13. meth. vltimo, parte vasorum excisa, aut etiam totis altè præcisis, duraque cicatrice introducta, sistendam ad oculos fluxionem esse docuit; cur non licebit, vbi ad articulos redundans humor defertur, varicesque valdè appareant, earundem partem aliquam excidere, aut etiam totas alte præcidere; vt cicatrice inducta partiumque continuitate sublata, ex alia in aliam, & tandem in articulos iterum humor non influat?

De combustionibus. Cap. 45.

INter chirurgicas operationes non solum Hippocrates 6. aphor. vltimo, sed alibi sæpè, & omnes alij medici Hippocratem sequuti combustiones proposuerunt. Combustionibus autem tum humor qui ad articulos confluxit, consumitur, tum fluens diuertitur. Hippocrates loco citato, & Aetius c. 25. ijs vsi sunt humoris causa, qui affluxit. Fiũt exustiones vel cauterijs, vel causticis medicamẽtis; his tñ minus rectè, quã illis, ꝙ ignis citius, ac validius humorem consumat, plusque roboris ac firmitatis articulis conferat, quã medicamenta facultatem igneam habentia. Verum

com-

combuſtiones non in quacunque arthritide locũ habent, quia in arthritide biliosa, ſanguinea, aut seroſa non reperias à quo auxilium, cuius materia ſit ignis, vel medicamentum cauſticum, indicetur: adde quòd bilioſa, ſanguinea, & ſeroſa arthritis, vti ſuperius demonſtratum fuit, non ſunt adeo pertinaces, vt ad ignem, aut cauſtica medicamenta ſit confugiendum. Multò verò minus in arthritide tophacea locum habent cõbuſtiones, de qua peruagatum eſt illud Poetę, ſoluere nodoſam neſcit medicina podagram. In mucoſa quidẽ arthritide duplex reperitur indicans eius auxilij, cuius materia ſit ignis; pituita nempè mucoſa, & laxitas affectarum partium hæc enim conſumi, illa coarctari poſtulat; ignis porrò præſtat vtrumque, conſumens quod mucoſum, quod prælaxũ eſt, coarctans. Combuſtionum duo ſunt genera; alia externa, quę in ſuperficie ſola fiunt; alia interna, quæ vſq; ad articulos ſubmucidos pertingũt. Hæc mucum magis abſumunt, laxitatemq́; coarctant, ſed minus tuta ſunt, quod inde vlcera inſanabilia prouenire ſoleant. Siue autem externæ ſiue internæ fiant combuſtiones, ex omnium medicorum ſententia præſtat partes comburendis proximas adſtringentibus medicamentis prius communire, ne ab intenſiſſimo ignis calore, doloreque vehementiſſimo inde profecto redundans humor nimium attrahatur. Partes inſuper adurendæ prius medicamentis valde frigidis ſtupefaciendæ, quo minorem ex combuſtione dolorem perſentiant. Combuſtiones ſiquidem tan-

tus dolor interdum comitatur, vt inde syncop
suboriatur. quod si æger cauteria reformidet, me
dicamentis causticis inurendus; inter quæ vnic
commendatur radix iberidis recens, optimè con
tusa, cum adipe suillo permista, partique dolent
applicita, quamuis .n. ad tollendam potius inue
teratam ischiadem, quàm ad reliquos articulor
dolores curandos conferre videatur, nihilomin
ad omnes diuturnos dolores è medio tollendo
experientiæ testimonio magnam vim habet. qua
re non solum Aetio 3. tetrabilium sermone 4. c. 2
vsus huius medicamenti mirum in modum pro-
batur, sed etiam Galeno ex sentẽtia Archigenis x.
de compos. secundum loca c. 2. Non desunt & a-
lia, & quę laudentur, lac ficuum & tithymali, alliũ,
cæpa, sinapis, stercus caprinum, columbinum, &
similia, quibus non solum partes in tumorem at-
tolluntur, sed etiam exulcerantur. Cantharides
præparatæ cum sinapi, fermento, & aceto squil-
litico permistæ cõiter administrari solent. Vehe-
mentius autem, citiusque comburunt olea non-
nulla destillata, vtpote de sulphure, de calchanto,
& similia. Quæ validiora sunt medicamenta, vt ci-
tius suum opus perficiunt, ita citius quoque de-
bent amoueri. Quam ob rem olea proposita, &
radix iberidis trium aut quatuor horarum spacio
applicata conseruari debent: longiore .n. tempo-
re alia, post inustiones siue cauterijs, siue medica-
mentis factas, crusta seu eschara, quæ superest, au-
ferenda; deinde infarcientibus medicamẽtis, aut
etiam septicis vlcera conseruanda, quousque ma-
teris

eria muco a fuerit consumpta. Pręter inustiones
olenti loco adhibendas, vt mucosus humor, qui
nfluxit, consumatur, alię quoque fieri consueue-
unt ad diuertendum humorem iam influentem,
uæ nuncupātur ab omnibus cauteria, ab instru-
nento quo parari solent, nomine indito. Fonti-
uli quoque dicuntur, quia per eas tanquam per
onticulos fluere solet humor assiduè. Itaq; si de-
luat humor à capite per spinalem medullam &
eruos in varios corporis articulos, cōuenit cau-
eriū in occipitio, quo eius fluxus intercipitur, &
edundantia imminuitur. Hoc cauteriū quando-
que setaceum nuncupatur, mutuato nomine à
ictione italica [seca] qua sericum vulgo significa-
ur; inde funiculus paratur, quo setaceum, vt vo-
ant, seruatur apertum. Consueuit itidem fieri se-
aceum in occipitio ad humorem, qui ad mandi-
bularem articulos decurrit, reuellendum. Si fluat
humor ad brachium sinistrum, ad eius diuerten-
dam fluxionem fieri potest fonticulus in dextra:
Sin humor ad crus, vel pedem sinistrum cōfluxe-
rit, in eundem finem fiet aptissimè fonticulus sub
crure dextro. Quando verò cauteriū faciendum,
quomodo, quandiu seruandum, & vnum ne, an
plura facienda, non lubet curiosius persequi, ne
in re parum difficili prolixiores fuisse videamur.

De frictionibus oleo salito administrandis. Cap. 46.

TRanseamus ad alias operationes chirurgicas, inter quas Galenus 2. de simpl. medicament. facul, ca. 18. & Aetius ca. 21. quarti sermonis libri tertij proponunt frictiones, quæ sale cum oleo

permisto fiant. Omnib. enim (inquit Aetius)
hoc modo fricantur, insitus calor augetur, qu
præter naturam est, discutitur, recrementaq;
sumuntur, & affecta membra fiunt robustiora
amplius eorum doloribus non sint obnoxia. H
Aetius, attestante Galeno loco citato. quibus q
dem verbis non solum proponuntur faculta
olei saliti, sed etiam colliguntur indicantia, q
auxilia respiciunt, cuius materia sit oleum salitu
ea verò sunt quatuor: insitus calor imminut
vapor præter naturam adauctus, excrementit
humor redundans, & partium affectarum laxit
quibus omnibus indicantibus oleum salitum v
luti materia multiplici facultate prædita cum
latè satisfacit; quippe quod diminutum calore
natiuum adauget, vapores adauctos discutit, r
dundantia excremẽta consumit, partesque iu
laxiores coarctat. Quæ cum ita sint, superest m
dò, vt quando, quomodo, & vbi hac materia vt
dum sit, intelligamus. Tempus igitur vtendi ol
salito opportunum erit, quando prædicta indic
tia oleo salito possunt adiuuari; quod fieri nequ
quàdiu dolores vigent; nam ex oleo salito fac
cutis constipatione vehementiores euaderen
maiorque tum attractio humorum, & vaporu
ad locum dolentem, quàm conueniat, tum attr
ctorum detentio fieret. Quare conuenit vsus ol
saliti, vbi articulares dolores sese remiserint; tu
enim ex oleo salito prædicta indicantia fructum
vtilitatemq; percipiũt. Quòd si æger sicco admo
dum fuerit temperamento, nequaquã hominem

eo ſalito inungere licebit, ne fortè in grauiora
ricula præcipitetur. Præarida ſiquidem intem-
ries remedium indicat perquam humidũ, quo
ſu olei ſaliti adminiſtratio neglecta iacet. Vbi
rò adſunt quæ oleum ſalitum indicent, nihilq;
uod prohibeat, tunc illius vſus frequẽs erit, prę-
piente ſic Aetio ex ſententia Philargij, ſingulis
empè diebus, mane & veſperi, idque per oẽm vi-
m, præcipuè verò articulis natiua imbecillitate
borantibus, quæ cum difficilimè corrigatur, vt
ltem vel non augeatur, vel ſi fieri poteſt, mitior
iam reddatur, ſæpe repetitis ex oleo ſalito inũ-
ionibus per oẽm vitam eſt vtendum. Quod ad
odum vtendi attinet, fiet inunctio ex oleo pro-
oſito cum frictionibus, quo illius vis intrò defe-
atur; nam alioquin exiguo aut planè nullo qua-
ior indicantibus prædictis erit adiumento. Quo
itur conferat inunctio olei, ſubſtantia ad inter-
as partes deferenda eſt, quod ſine frictionibus
eri minimè poteſt, cũ oleum ſui viſciditate ob-
ruat, ſal verò adſtringat. Loca, in quibus frictio-
es ex oleo prædicto adminiſtrandæ, ſunt pedes,
ura, manus, omnes denique partes articulis p-
imæ. Ex quo ſequitur non modò in podagra, ſed
tiam quacunque alia arthritidis ſpecie huiuſce-
odi frictiones ex ſententia Galeni adminiſtran-
as eſſe. De remedijs chirurgicis hactenus.

e materijs pharmaceuticis, et anodynis ſtupefaciẽtib. c. 47

RECtum vſum materiarum ad pharmaciam at-
tinentium nunc edocturi, ſimul etiam quænã
t medicamenti cuiuſque compoſiti pro articu-

lorum laborãtium diuersitate necessitas, ape
mus. Inter materias pharmaceuticas aliæ sunt
nantis auxilij materiæ, aliæ auxilij anodyni. P
habitis autem ijs, quæ distrahentis anodyni s
materiæ, vt quę ad diætam potius, quàm phar
ciam spectent; dicimus materias, de quibus n
sermonem instituimus præ nimia frigiditate s
pefacientes esse. Conferunt itaque plurimu
quando dolores articulares fuerint vehemen
simi, idque siue calida, siue frigida fuerint loca
fecta, & siue toto corpore expurgato, siue n
dolores enim vehementissimi habent ration
indicantis vrgẽtis, in quod, spretis omnibus al
medico incumbendum est. Neque modò pa
laboranti stupefacientia licet extrinsecus app
care, verum etiam intrò assumenda exhibere. F
rum materiæ alio atque alio modo mensuráq
administrantur. Exhibentur nãque in forma p
tionis, boli, & pillularum. Vbi articulorum do
res non admodum resistunt, sufficit, vt in poti
ne exhibeantur; si verò stupefacientibus non f
cilè cedant, non solum in bolo, sed etiam in fo
ma pilularum præbenda. In potione præberi p
test succus seminum papaueris albi, cuius maxi
mum pondus est ℥ 1. minimum ℥ 5. mediocre ℥
syrupus de papauere tum simplex, tum compo
tus, & syrupus de nymphæa in forma potior
in maxima mensura ad ℥ 2. in minima ad ℥ 1. in m
diocri ad ℥ 1. ſ. exhiberi consueuerunt. In forn
verò boli vti consueuimus philonio Roman
requie Nicolai, theriaca, & mithridatio recent
quor

orum maxima dosis est ʒ 1. minima scrop. 1. & diocris ʒ s. pap. Consueuimus quoque vti pils de cynoglossa pariter à scrop. 1. ad ʒ 1. inter terias auxilij stupefacientis extrinsecas Hip. 4. hor. 25. proponit aquam frigidam his verbis: mores articulorũ atque dolores frigida aqua gè effusa soluit, notádum tñ est cum Galeno in nmento aquam frigidam, quatenus quod inxit, repercutit, esse materiam auxilii sanantis, n anodyni: anodyni verò esse materiam, quaus stuporem infert. Aqua igitur effusa actu fria est vtendum, quia loca affecta ab aqua vel a. calida, vel tepida, etsi potestare frigida, nõ stufiunt. Eadem de causa copiosa debet esse quæ unditur, quia modica inspersio aquæ frigidæ porem non inducit. Præterea quo stupefacis medicamentum sit ad agendum efficacius, æstat vt in forma crassiore exhibeatur, qualis huius compositi medicamenti forma. Rec. og. 4. lactis muliebris ℥ 1. olei anethi ℥ 1. s. ceræ rum, misce pro linimento. Vt. a. constet huius edicamenti compositi necessitas, illud sciendú, opium esse medicamentum in hac compositone præcipuum; quod quia syncerum obesset, agis enim refrigerat quàm conueniat, ideo incat sibi admiscédum quidpiam, quod illius vim frigerandi infringat atque refrænet, cuius mecamenti materia lac statui potest, & oleum aneinum. Præterea quamuis opium valde stupefaat, foris tamen applicatum quia nequit proprijs ribus ad partes internas permeare, postulat sibi

admiſeri aliquid pro vehiculo, cuius medicam[...] materia eſt oleum anethinum. Inſuper opiū cu[...] prædicto oleo & lacte permiſtum minus agit, q[...] conueniat, quia cum ſit valde fluidum, in loco a[...] fecto hærere & contineri nequit; vnde permiſc[...] dum eſt cum aliquo medicamento, cuius ope[...] parte laborante non excidat, ſed craſſitiē acqu[...] rens inibi ſiſtatur; qualis medicamenti materia e[...] cera. Neque incommodum eſt tripherá magna[...] requiem Nicolai, vel philonium Romanū ol[...] violaceo aut nenupharino, ſucco ve nympheę a[...] lactucæ diſſoluere, dolentiq; loco applicare. V[...] tum quia poſt ſtupefacientium extrinſecam a[...] plicationem partes nimium refrigeratæ perm[...] nere ſolent, quandoquidem ſtupefacientia h[...] miſta anodynis conſtant, quæ vt partim dolore[...] leniunt, ita partim moleſtiam ex intemperie f[...] gida inducunt; idcirco Aetius ca. 31. poſt extrinſ[...] cum ſtupefacientiū vſum monet præclarè actu[...] iri, ſi pars refrigerata calicis emplaſtris foueatu[...] de quibus in præſentia non eſt dicendi locus, q[...] de anodynis nunc ſermo inſtituitur.

De materiis auxilii anodyni ſenſum obtundentis & equ[...] lem naturali ſenſus reddentis. *Cap.* 48.

PRæter medicamenta ſtupefacientia, inter [...] nodyna recenſentur quæ ſunt valde humid[...] & calida in 1. gradu, aut temperata, & tenuis ſub[...] ſtantię. Horum aliqua intro aſſumpta partim m[...] dicamenta, partim alimenta exiſtunt; de quib[...] propterea anodynis tum demum verba faciem[...] vbi ad partem diæteticam peruenerimus. Hic l[...]

s externorum anodynorum est proprius, quo-
n materiæ vt plurimū sunt olea, pinguedines,
pes, ſucci, Inter olea anethinum, chamæmeli-
m, amygdalarum dulcium, oliuarum matura-
n recens, ſeminum lini, ſeſaminum, & alia hu-
modi commendari ſolent. Inter pinguedines
lla, gallinacea & anſerina. Inter adipes vitulin⁹,
rcinus, caprinus: ex ſuccis fænegræci, tragi, mal-
rum, matris violarum, & ſimilium ſuccus. Vn-
compoſitum medicamentum præſcribas ad
nc modum Recip. olei anethini amygdalarum
lcium añ ℥ 1. ſucci maluarum ℥ 1. ſ. oui luteum,
iſce pro linimento. Duo ſunt in hoc compoſito
incipalia medicamenta, oleum nempe anethi-
um & amygdalarum dulcium, quæ quamuis ſint
odyna, illud ęqualem ſenſum reddens, hoc ſen-
m aliquantulum obtundens; nihilominus cum
nt aereæ ſubſtantiæ, velut omnia olea, ideoque
cilè inflammentur, propterea cum medicamē-
aqueæ ſubſtantiæ permiſcenda, quod eis pro-
enſionem ad inflammationem adimat; quem in
nem cum oleis ſuccum maluarum commiſcui-
us. Denique quoniam olea ſibi poſtulant admi-
eri medicamenta craſſę ſubſtantiæ, quorū parti,
ui applicantur, tenaciter adhæreant; tum leuia
nodyna cum ſint, vehementiora euadant: idcir-
o oui luteum inſuper adiunximus. Medicamen-
um maximè anodynum eſt cremor ptiſanæ hor-
eaceæ decoctæ in aqua maluarum cum oleo oli-
arum recenti permiſtus. Hæc de anodynorum
materijs.

Quot lenientia genera, tũ de vomitorijs, atq; clisterib. Ca. 49.

EX ſanantis auxilij ma[illegible]rijs, nonnullæ totum corpus reſpiciunt, quædam partes affectas: quæ totum corpus reſpiciunt, triplicia ſunt: lenientia, præparantia, & purgantia. Quamuis. n. lenientia humores in ventriculo, inteſtinis, alijſq; partibus proximis exiſtentes tantum educant, nõ autem eos, qui in remotioribus locis conſiſtunt; totum corpus reſpicere tamen dicuntur, quoniã eductis, quæ in locis citra iecoris portam hærent, excrementis, humores vltra iecoris cauam ſiti facilè tum præparantur, tum purgantur. Inter lenientia reponuntur vomitoria, clyſteres, glandes, medicamẽta vmbilicaria, & quæ per os aſſumpta aluum laxant. Itaque Aetius & Galenus ex ſententia Archigenis vomitoria ſummopere commendant, non ſolum ad curandum iſchiadem, ſed etiã gonagram, podagram, alioſq; dolores articulorum, potiſſimum verò quando à ventriculo & inteſtinis ad articulos fluunt humores; aut in articulis coxæ reperiuntur, non tamen impacti; tunc enim non ſolum diuerti, ſed etiam per vomitum euacuari poſſunt. Excitatur vomitus oxymelite ſimplici & compoſito, ſucco raphani, quem vnicè laudat Raſes, decocto geniſtæ cum agarico q-dem nõ pręparato, cum iure verò pingui permiſto. Præ cæteris omnibus oxymel ſcylliticum cum iure permiſtum ad vomitum excitandum valet. Aretæus in caſibus prædictis ad vomitum ciendũ elleborum exhibet. Quibus verò vomitus nõ eſt difficilis, ante aſſumptum cibum; quibus difficilis

d,post prandium vel cænam vomitoriū præberi debet;idque frequenter, quoniam probabile nō est bis ter ve vomitu excitato materiam posse fluitantem reuelli,quæque in articulis coxę reperitur iacet non impacta educi.Per clysteres quoque alias eadem materia deriuari & euacuari potest; eiusmodi sunt,qui ex decoctione vtriusque centaurij radicum,cucumeris asinini,corticis secundæ sambuci, & consimilium fieri consueuerunt. Exempli gratia Recip. foliorum vtriusq; centaurij,ebuli añ m.s.colloquintidis ʒ 2.foliorum iuæ, maluarum añ m 1.vini albi potentis q.s.Fiat decoctio secundū artem,deinde Rec.dictæ decoctionis ℔ 1.mellis rosati solutiui ℥ 3.hierę Logodionis ʒ.olei rutacei,liliorum alborum añ ℥ 1. s. salis ʒ 1. misce pro clystere.loco hieræ prædictę possumus uti agarico trochiscato. Conuenit etiam elateriū, antimonium ad g. 4. vel 6.est etiam in frequenti usu electuarium de benedicta ad ℥ 1.

De Vmbilicaribus, glandibus, aluumque lenientibus per os assumptis. Cap. 50.

GLandium & vmbilicarium medicamentorū vsus tum potissimum vtilis est, ne dicam necessarius,quum ægri à frequēti clysterum vsu abhorrent.Parari possunt glandes ex melle ad ignē concreto cum sale & medicamentis à proprietate attrahentibus cōposito, verbi gratia, influxione biliosa,cum diagridio;in pituitosa,cum colloquintide,&consimilibus.Multa autem ab Actuario,Aetio,& Paulo proponuntur vmbilicaria, q̄ ex validissimis purgantibus confici debent,quale

est vnguentum Agrippæ Regis, cuius descriptionem apud Nicolaum Alexandrinum reperias. Aptissimè quoque sic præscribas: Recip. succi cyclamini, cucumeris agrestis, secundę corticis sambuci añ ℥ 2. Pulueris hellebori nigri, colloquintidis aũ ℥ 1. mellis parum, misce pro linimento. Qd vmbilico applicitum purgat quidem, non tamen vehementer, ita vt potius inter lenientia, quàm purgantia recẽseri debeat; quemadmodum quoque nonnulla assumpta cum à partibus tantum proximis attrahant, nequaquam remotis, leniẽtia dici possunt. Hinc Auicennas in arthritide biliosa proponit cassiam, tamarindos; quibus adiũgi potest syrupus rosaceus solutiuus. Si arthritis ex serosa pituita gignatur, probatur manna: si ex pituita crassa, vel melancholia, mel rosaceum solutiuum, electuarium, & id genus alia admistrari debent, de quorum vsu ne verbum quidem facio, quoniam non magis ad arthritidẽ, quàm ad quẽuis alium affectum huiusmodi tractatio spectare videtur. Illud tamen de cassia animaduersione dignum arbitror, synceram cassiam in arthritide biliosa non esse exhibendam, quoniam etsi bilẽ intestinis proximam educat, nihilominus simul etiã laxat; quod dum præstat, facit vt materia ad articulos delata, eorum imbecillitatem facilè adaugeat, quare cassię vis relaxandi tamarindorum admistione coercenda est.

De præparantibus, & purgantibus. Cap. 51.

AD præparandam materiam biliosam probantur syrupus rosaceus recens, è cichorio tum

mplex,tum compositus,è cichorio cum rhabarbaro,de endiuia,de portulaca,de nymphea, aliique consimiles cum decoctionibus proportionatis. Ad præparationem humoris melancholici syrupus è floribus boraginis, de buglosso, de melissa,de pomis tum simplex,tum compositus,è lupulis,è fumo terræ & id genus alii cum decoctionibus proportionatis. Præparandæ pituitæ idoneum mel rosaceum,hydromel simplex, & compositum,oxymel,syrupus de duabus vel quinque radicibus,de betonica tum simplex,tum compositus,de praxio, & similia cum decoctionibus accommodatis. Verum si materia doloris articularis effectrix non fuerit vnius generis, præparabitur syrupis ac decoctis,quæ diuersos humores simul commistos respiciant.Quia verò plerunque bilis pituitæ commiscetur,propterea iuxta Rasis sententiam medicamentum præparás partim bilem, partim pituitam respicientibus cõstabit. De præparantium administratione illud cognitione iuxta ac obseruatione dignum est, syrupos cũ suis decoctionibus primum simplices,mox compositos exhiberi oportere. Primum.n.humores min⁹ à ventriculo remoti,minusq; concoctu difficiles præparandi;deinde qui magis à ventriculo distãt, ægriusque coquuntur. Sed neque negligenda hæc animaduersio, syrupos cum plurima decoctione esse permiscendos,quò ad partes remotissimas nẽpe articulos affectos deduci possint. Iuæ quoque syrupus vel decoctio cum pręparantibus permisceri potest,vt eius ope præparetur pituita

potiſſimum in articulis inhæreſcens. Quare ſi arthritis ex pituitæ & bilis commiſtione prodierit, ſic medicamentum præparans conficias licet. ℞. ſyrupi de hyſopo, de iua, de cichorio añ ℥ſ. decoctionis foliorum iuæ, hyſopi, cichorij, mentæ ℥ 4. miſce. Vbi materia fuerit optimè præparata, purgantibus medicamentis eſt vtendum. Redundãs materia biliosa purgabitur aptiſſimè electuario de pſyllio, de ſucco roſarum, diapruno ve ſolutiuo ad ℥ 3. vel 4. rhabarbarum quoque cõmendatur. Aetius etiam ad diagridium non veretur aſcendere, hoc modo: ℞. pulpæ cotoneorum ʒ 3. decoctionis roſarum ſolutiuæ q. ſ. fiat infuſio ſecundum artem, & facta expreſſione adde diagridij g. 6. miſce, & fiat potio. Conueniunt quoque pilulæ aureę, arabicæ, ex rhabarbaro de hermodactylis minores. Ad purgandam verò pituitam vſurpantur pilulæ de hermodactylis maiores, arthriticæ, fętidæ, & benedictę, de ſagapeno, ex agarico, hieræ cum agarico, & conſimiles. Probatur quoque electuaria quædam, vt hiera picra cum agarico, hiera picra compoſita, hiera Pachij. In potione medicamentum purgans ad hunc modum præſcribi poteſt. ℞. agarici trochiſcati ℈ 4. maſticis ʒ 1. decocti iuæ q. ſ. fiat infuſio & expreſſio ſecundum artem, deinde adde mellis roſati ſolutiui ℥ 4. miſce, & fiat potus. Huius compoſiti medicamenti rationem ſic reddas. Agaricus etſi trochiſcatus purgat quidem pituitam, ſed ſæpe medicamentum non deiectorium, ſed vomitorium videtur. Supernatat enim in ventriculo, ventremq́; turbat,

turbat, & vomitum excitat; quare indicat sibi permiscendum esse aliquod medicamentum, quo in fundo ventriculi detentus, deiectorium medicamentum euadat; quod commistione masticheſ assequitur. Quia verò nondum purgandæ pituitæ facultatem è quapiam certa ac determinata corporis parte separatim obtinet, propterea vt ab articulis attrahat, adiuncta est insuper pro vehiculo iuæ decoctio. Verū agaricus ne sic quidē multam pituitam potest expurgare, cum ℈ 4. non excedat; ideoque addidimus mellis rosati solutiui ℥ 4. Quando fluxio ad articulos fit melancholica; probatur senna, polypodium, elleborū nigrum, diasenna, cōfectio amech, pilulæ indæ, & alia medicamenta, quorum descriptionem consultò omittimus. Ad purgādos humores mistos possunt vsurpari pilulæ cocciæ, sine quibus, de hiera simplici, de tribus, & alia quoque medicamenta purgantia in forma potionis, vel boli.

De repercutientibus. Cap. 52.

MEdicamentorum, quę ad locum affectum diriguntur, alia materiam, alia morbum affecti loci respiciunt. Ex loci affecti materiam respiciētibus quæ materiam eò, vnde profecta est, repellunt, seu (vt fusius dicamus) quæ materiam à termino ad quem ad spacium, per quod fluxit, repellunt; vel à spacio ad terminum, & quo fluxio primum manauit; repellentia seu repercutientia dicuntur. Quæ quò rectius administrentur, nosse prius oportet, cui loco applicanda, & quo tempore. Quod ad locum attinet, Gal. 10. de compos.

ſecundum loca c.2. dixit in iſchiade repercutientia coxæ affectæ non eſſe applicanda, quod ita ſit remedij materia applicanda, vt indicans inde fructum percipiat; materia autem iſchiadem efficiẽs ex repercutientibus coxæ affectæ applicitis nihil adiumenti capiat, quoniam exiſtens illa quidem in cute & muſculis poterit repercuti ad ligamenta; quæ verò in ligamentis reperitur, ad cauitates articulorum tãquam partes valde profundas; verùm in podagra, chiragra, & gonagra repercutiẽtibus vti licet, quia materia in articulationib⁹ harum partium reperta ex vſu repercutientium iuuari poteſt, quatenus videlicet ab ijs ad partes ꝓximas repellitur. Auicennas vtendum quidẽ cenſet repercutientibus, ita tamen vt humor non ſit multus, aut craſſus & viſcidus. Nã in arthritide in quam per criſin alius deſinit morbus, quaque vel omnes articuli, vel plurimi afficiuntur, non eſt vtendum repercutientibus, quia in his affectibus materia redundat, ideoque præ ſui copia ab articulis ad partes principes facilè repellitur. Quod ſi fiat, in maximum vitæ diſcrimen ægrum adducit. Nihilo magis repercutientibus vtendum, qñ materia craſſa eſt & viſcida; pars .n. eius tenuior poterit quidem repercuti, quæ verò craſſior & viſcoſa exiſtit, maiorem ex repercuſſione craſſitiem, atque viſciditatem conſequitur, quo fiet, vt diutius hærens in loco affecto concreſcat, tandẽque in tophos vertatur; non quidem eo modo, quo vehementer calicis, & ſiccis medicamentis gypſea reddi ſolet; haud aliter enim quàm ex luto
lateres

lateres fiunt in fornace, per assationem ex medicamentis valde calidis, & siccis materia tophacea redditur; verum dum pars tenuior humoris crassi & viscidi repercutitur, id quod superest humoris paulatim à debili calore indurescit, & sensim in tophos mutatur. Concludimus ergo in ischiade non esse vtendum repercutientibus, neque in arthritide critica, neque in ea, qua omnes vel plurimi articuli afficiuntur, nec denique vbi humor, qui confluxit, fuerit crassus & viscidus, sed tũ solum, quum humor, qui chiragram, podagrã, gonagram, aliosque dolores articulares ingenerauerit, exiguus tenuisq; fuerit. Qui simul si calidus, repercuti põt ex sententia Aetij pulpa panis aqua, & aceto repleta. Aquam frigidam superius ex sententia Hippocratis, & Galeni demonstratum est non modò medicamentum stupefaciens, sed etiã repercutiens esse: cæterum cum condenset plus æquo, ac proinde leuiter solum repercutiat, indicat sibi aliquid pro vehiculo admiscendum, cuius ope ad partes interiores deducatur, vehementiusq; repercutiat: talis auxilij materia est acetum, aut succus limonis, vel citri. Sed quia acetum cum aqua mixtum non validè repercutit, vtpote fluidum medicamentum loco affecto non inhęrens, idcirco pulpa panis, spongia, vel linteum adiungitur, quo aliquandiu in parte affecta detineatur, & conquiescat. Infrigidans Galeni, vnguentum rosaceum Mesues, oleum omphacinum, succus granatorum adstringentium itidem repercutiũt. Gal. 11. de simpl. medic. facult. capite de ouo, ouũ

integrum, ſine cortice tamen, cum oleo roſaco permiſtum repercutere aſſeuerat. Poteſt quoque non ineptè repercutiens ſic parari: ℞. olei roſac. omphacini, vini granatorum añ ℥ 1. pulueris ſantalorum rubeorum, boli armeni añ ʒ 1. ſucci citri parum, miſce pro repercut. Si fluxio fuerit ſeroſa, & proinde frigida, licet cum Aetio vti pulpa panis madefacta in vino auſtero, quod cũ ſyncerum ducatur ad partes internas, non eget vehiculo, indiget tamen vt permaneat applicitum, quod ex pulpa panis acquirit. Commendatur decoctum nucum cupreſſi, gallarum immaturarum, balauſtiorum, & ſimilium, hoc modo: ℞. olei maſtichini, decocti cupreſſi añ ℥ 1. pulueris glandiũ quercus, nucum cupreſſi añ ʒ 1. vini albi acidi parum, miſce pro repercutiente. Huius quidem compoſiti medicamenti ratio quia nullo negotio ex prædictis colligi poteſt, voluntario ſilentio præterimus; illud duntaxat de recta repercutientium administratione monuiſſe contenti, repercutientibus actu frigidis eſſe vtendum, dummodo materia repercutienda ſit calida. Itaque Hippocrates 5. aphor. 25. aqua actu frigida tumores articulorum ſanari tradit; quo loco tumores Galenus in commento calidos interpretatur. Vbi verò arthritis eſt pituitoſa, repellentia non debent adminiſtrari actu frigida ſed tepida. Diuerſa hæc adminiſtrandorum repercutientium ratio inde proficiſcitur, quòd etſi validius repercutiat medicamentum actu frigidum, quam temperatum, vel calidum,

hilominus prohibetur actu frigidum, quando eruosæ partes sunt iusto frigidiores: tunc enim ctu frigida repercutientia conuulsiones aliosq; orbos ab Hippocrate 5.aphor.17. relatos facilè ariunt; neruosas autem partes in arthritide frida nimium refrigerari nemini dubium est, ac proinde in ea ab actu frigidis repercutientibus abstinendum. calida verò ijs vti conuenit, quia tum vehementer repercutiunt, tum à caliditate partium eruosarum coindicantur potius quàm prohibéur, vt quæ à partibus illis caliditatem abigant atue amoueant. Accedit quod materia frigida, etsi uatenus motu suo fertur ad articulos, egeat reercutientibus, quatenus tamen frigida eget calidis, ideoque repercutientia debent administrari ctu calida; nam actu frigidorum assiduus vsus fait, vt tenues humores, nedum crassi ita cogantur tque concrescant, vt congelasse quodam modo ideantur; similiter ac ab intensissimo frigore aua in glaciem vertitur.

Erasti opinio de repercutientium vsu reijcitur. Cap. 53.

ERastus in quarta disputatione contra Paracelsum in podagra, & chiragra vix vnquã repelentibus vtendum esse contendit. Primum quòd cèt cutem contrahant, non tamen ex cauis artiulorum quicquam exprimant; deinde quòd reulsio à partibus imbecillioribus ad minus debiis rarò succedit. Nos contrà existimamus in ijsdẽ ffectibus conferre repellentia, quia vt ex cauis rticulorum nihil exprimant, at ex ligamẽtorum xternis partibus cuteque quicquid est tenue, ex-

primere possunt. Præterea vt natura à partibu debilioribus ad minus debiles materiam non re pellit, ita medicamenta repellentia, vbi naturæ i agendo præpollent, ipsa vel inuita id efficiũt. Sub iungit Erastus ex repellentibus dolorem pedum & manuum augeri, fluxionemq; consequẽter e promoueri; cui responsum volumus; conferre re percutientia, si adhibeantur, quando non prohi bentur à dolore, quòd tum nec dolorem, nec flu xionem promouere possint; non prohiberi aut ab exiguo dolore. Verum si cui videantur repe cutientia dolorem quantumuis leuissimum ad augere, cum anodynis calidis in primo gradu te nuisq; substantiæ commiscenda sunt, quò reper cutiant modò, dolorem item non adaugeant; cu iusmodi fuerit medicamentum ex rosis siccis & altheæ radice confectum decoctum, aut catapla ma. Neque obstat, quod dicit Erastus, à partibu ignobilibus, nempe manibus & pedibus, non e se reuocandos humores in venas: nam minus sun ignobiles quàm cutis, glandulæ, aliæq; partes e iusmodi: accedit quòd etsi inter partes ignobile reponantur, sunt tamen ad varios vitæ vsus pe necessariæ; pedes quidem ad progrediẽdum, ma nus ad apprehendendum, & tangibilium omni cognitionem percipiendam. neque aliquid im minet periculi, si nonnihil humoris tenuis repel latur ad venas proximas, atque à proximis ad re motas, dummodo ad partes principes humor n retrocedat. Neque si materia podagræ, & chira græ magna ex parte inutilis est atq; excrement

,propterea in pedibus & manibus consumi & cuti eam præstat, quàm in venas repelli; quia aqua ex parte potest esse alimẽtalis, suiq; redundantia articulationibus obesse, non autem venis. Quod autem dicit Erastus repellentia vtilitatem tulisse nunquam, nisi fortè sanguinem succum er musculorum venas sub cute perreptantes deuentem reprimant; id quidem amplectimur, nõ nari conferre insuper repercutientia, quòd sanguinem, qui è venis effluxit, aliqua ex parte exprimant & repellant, adde quòd sua adstringendi facultate non solum nimiam laxitatem articulationum è medio tollunt, sed etiam venis proximis astrictis fluentem humorem intercipiunt, necnon virtutem affectarum partium custodiunt; quidem per repulsionem & expressionem amouent, quod facultatem oppresserat, articulationum laxitatem corrigunt, quæ andem facultatem nimium debilitauerat. Prosunt igitur, cõtrà quàm sentit Erastus, in podagra chiragra repercutientia, eoq; magis, si cum medicamentis tenuis substantiæ permista adhibeantur, non syncera. Quocirca cataplasma Archigenis quinquefolij radicibus & malicorio confectũ, e quo Aetius 4. sermone tertij tetrabilium c. 33. audatissimum est. Non quòd malicorium cum discutiente permisceatur, sed quoniam adiuncto quinquefolio pro vehiculo, altius corporis partes subit, eaq; ratione vehementius repercutit, q̃ potest syncerum. Eodem modo Galenus 6. de cõpos. medic. secundum loca c. 1. succum mororum

immaturorum cum croco & myrrha tanqu
vehiculis commiſcet, quorum ope magis in inf
mationibus oris repercutiat. Quid ergo nos ve
in podagra & chiragra repercutientia cum tenu
ſubſtantiæ medicamentis commiſcere, quo per
tius opus ſuum perficiat? quinimo Galenum in
imitabimur, qui x. de compoſ. medica. ſecundu
loca in manibus pedibusq́; pharmacis fluxione
repellentibus eſſe vtendum cenſet.

De diſcutientibus. Cap. 54.

DE repellentibus materiam à loco affecto
tis ſuperq́; videmur nobis egiſſe: nunc de r
ſoluētibus qua fieri poterit breuitate loquemu
Reſoluentium quæ materiam tenuem, & flatul
tam reſoluunt, diſcutientia nuncupātur; quę cr
ſam, & ſubduram emollientia. Diſcutientia no
nihil calida ſunt etiam anodyna æqualem ſenſu
reddentia, qua enim ratione diſſoluunt ſpiritu
ſeu radium ſpiritus animalis, qui nimium ad loc
dolentem confluxit, anodyna; qua verò aperiēd
extrahunt humores, & vapores, qui in alto cont
nentur corpore, diſcutientia, & inſenſibiliter
uacuantia dicūtur. Eiuſmodi eſt, teſte Gal. 11. ſim
plicium capite de vulpe, oleum vulpinum, con
uenit quoque anethinum, chamęmelinum, ruta
ceum, & oleum lumbricorum. His validiora ſun
diſcutientia tantum, non anodyna, vt oleū de nu
ce indica Meſues, irinum, de caſtoreo, de coſt
Meſues, & de viperibus. De quibus illud notan
dum, nunquam hæc valde calida, & ſicca medica
menta ſyncera eſſe adminiſtranda, quòd citò ma
teriam

riam resoluant tenuem, crassiorem forte comrant, gypseamque reddant. Quare sibi minus ida admisceri postulant, quæ vim eorum caleiendi, & siccandi hebetent nonnihil atque obndant. Possunt itaque hæc cum succis, cũ pinedinibus commisceri, vertiq; in formam linienti; vt si butyrum rancidum cum pinguedine uri, oleo chamæmelino lumbricato, & cũ succo iendulæ permisceantur, fiet linimentum moratè discutiens. Possunt quoque applicari mecamenta sub forma fomẽti hoc modo: ℞. foliom saluiæ, origani, betonicæ, lauendulæ, lauri añ j. florum rorismarini p. j. pulueris, piperis, cinmomi, cimini añ ℥ I. fiat decoctio in vino geneso, & facta expressione seruetur pro fomento, o spongia aut lana succida repleta loco affecto plicetur. Sæpè etiam docuit experientia ischiam flatulentem sacculis discutientibus repletis blatam esse. repleri possunt sacculi furfuribus, luere iuę, maioranæ, origani, & aromatum, veri piperis, pirethri, & similium, atque ad flatus scutiendos adhiberi.

De emollientibus valdeque siccantibus. Cap. 55.

EMollientia à discutientibus facultate non differunt. sed in eo solùm, quòd hæc tantummo per halitum digerãt, illa insuper quod congerum est suo calore fundant. Vbi ergo in loco afcto durities aliqua insederit, administranda eollientia; inter quæ meritò recensetur oleũ dellatum ex guaiaco, itidem ex luto Diui Barthomæi in agro Patauino; imò lutum ipsum ad e-

molliendum egregiè conferre videtur, quemad-
modum lutum Diuæ Helenæ ad discutiendũ po-
tius valet. In primis ad emolliendum probantu
emplastra, vt diachilon simplex, compositum c
meliloto Gal. 10. de simplicium medicamentor
facultatibus commẽdat emplastrum ex caseo an-
tiquo, & iure cruris suilli salsi, 11. verò libro ex co-
chleis integris contusis fieri emplastrum docet
quo viscosus crassusque humor in alto contẽtu
impensè desiccatur. Ipse vti soleo emplastro, qu
duros tumores venereos trium aut quatuor die-
rum spacio consumptos vidi. Sic componitu
℞. lithargyrij ℥ 1. ſ. colocynthidis, elaterij añ ʒ 1.
olei viperini, oliuarum antiqui añ ℥ 1. ſ. aceti acer-
rimi ℥ 2. misce ad ignem donec emplastrum soli-
dum, & spendidum euaserit, quo etiam vti liceb
in præduris articulorum tumoribus. Verum imi-
tandus necessariò Galenus, qui 2. ad Glauc. 4. d
tumoris cuiusdam scirrhosi tractans curatione
inquit se vicissim vsum fuisse modò emolliẽtibus
modò valde exsiccantibus; ita vt post administra-
tionem bdellij, amoniaci, & pinguedinum, vsu
sit medicamentis acetum acerrimum aliaque sic-
cantia recipientibus; post quæ ad laxatiua iterum
redijt. Prudentissimè quidem ille, nam fusis hu-
moribus per emollientia, consultissimum est eos
dem quantum fieri potest consumere; vbi verò a-
liqua ex parte consumpti fuerint, emollientibu
iterum colliquare, ne quando pristinam duritiem
recuperent. Eiusmodi emollientia præcipua sun
cerata ex galbano, bdellio, amoniaco, resina tere-
bin

inthina,& ſimilibus,quæ præſtat ſuper tumores
rticulorum poſita ſemper detineri, niſi inſtitutũ
t loco medicamenti emollientis vti valde exſic-
ante, quod facere videtur Galenus 2. ad Glauc.
.4.vbi dum vtitur ſuffimento ex aceto acerrimo,
b vſu emollientium abſtinet. Suffitus exſiccans
ale ritè paratur.℞.foliorum artemiſiæ,centaurij,
auendulæ,abrotani,apij,brioniæ,mentaſtri,ſtœ-
ados,pulegij añ m. 1. pulueris baccharum lauri,
ederæ añ ℥ 1.vini albi generoſi q. ſ. fiat decoctio
d conſumptionem tertiæ partis pro ſuffimento.
Excitabitur commodè ſuffitus decocto ſenſim in
apides ignitos iniecto,vel parato balneo ſicco,vt
vocant,& lixiuio,à quo ſurſum latos vapores æ-
ger ſuſcipiat.Conficiuntur quoque ſuffumigia ex
balneis naturalibus,quales ſunt nonnullæ foueæ,
n quas ægri ad curandam podagram, iſchiadem,
& reliquos articulorum morbos, partes affectas
immittunt,eleuatosq́; vapores è balneis ſulphu-
reis excipiunt.Impensè exſiccant foueæ Aponẽ-
ſes agri Patauini,cuiuſmodi naturalia balnea tum
in alijs Italiæ locis,tum apud exteras quoque na-
tiones multa reperiuntur. Poſſunt etiam balnea
parari artificialia ex lixiuio,alijſque exſiccantibus
prędictis. Auicẽnas ſtillicidium in locũ affectum,
quod ille embrocham vocat,ex oleo vulpino mi-
ris laudibus effert. Fieri ſolent ſtillicidia in com-
miſſuram coronalem, & ventriculum, non mo-
dò vt materia,quæ ab hiſce partibus defluit,exſic-
cetur,ſed partium etiam earundem intemperies
corrigatur.

De medicamentis extrinsecis morbum ipsum respicientibus. Cap. 56.

DE remedijs extrinsecis materiam arthritidis effectricem respicientibus abundè, ni fallor, disserui; nunc de ijs, quæ ad affectarum partium morbum diriguntur, pertractandũ est. Non ignoramus autem medicamenta omnia discutiendi vi prædita, quatenus calida arthritidi frigidæ aduersari, morbique frigidi remedia dici posse; similiter quæ materiam arthritidis exsiccant, quatenus intemperiem humidam adimunt, illius esse remedia: nonnulla tamẽ potissimum morborum causa foris applicantur, de quibus nunc sermonem instituimus. Inter morbos partium arthritide laborantium nimia laxitas connumeratur, quæ quoniam adstringentibus emendatur, conuenit oleũ salitum supra allatum; præterea vsus vinaceorum: quod si præter laxitatem articulorum æger intẽperie humida, & frigida laboret, vinacea administranda ex vino albo montano generoso. Sin potius laxitati annectatur intemperies calida articulorũ, possunt administrari vinacea ex vino rubro oligophoro. Quod antea diximus de tempore administrandi olei saliti, idem in vinaceis obseruandum. Si arthritis fuerit frigida, vinum probatur generosum, in quo decoctum sit castoreum, quoniam vtrumque, præcipuè verò vinum, Galenus 4. de tuenda sanitate ca. 4. in podagra alijsque articulorum affectibus commendat. Hæc de medicamentis externis satis.

De medi-

De medicamentis tam frigidæ quàm calidæ arthritidis intrinsecus. Cap. 57.

Nter alia medicamenta quæ extrinsecus administrari solent, ex sententia omniũ medicorum ad arthritidem frigidam curandam aptissima est resina terebinthina, vtpote quæ tum frigidam intemperiem tollit, tum redundantem humorem seu vaporem discutit, eundemq́ue prædurum emollit. Sed quia terebinthina diureticum medicamentum est, ne ad vias vrinæ feratur potius, q̃ ad articulos affectos, propterea admiscendum ei vehiculum aliquod, quod ipsam ab vrinæ vijs diuertat, ad articulos verò deducat; qualis est puluis iuæ, nam alioquin licet fluentem ad articulos humorem per vias vrinæ euacuet atque expurget, non tamen humorem, qui confluxit, discutit, durumue emollit, aut frigidam articulorum intemperiem tollit. Terebinthinæ præter puluerẽ iuæ commiscendum adhuc quidpiam aliud, cuius beneficio articulorum laxitatẽ corrigat; talis autem remedij materia fuerit puluis ossiũ humanorum crematorum. Exempli gratia, ℞. terebinthinæ liquidæ ℈ 4. pulueris iuæ, ossium humanorum crematorum añ ℈ 1. misce & fiant pilulæ, quæ quotidie exhiberi possunt non solum ad ʒ 2. sed etiam ad 3. aut 4. prout magis minúsve prædicta indicãtia in resinam terebinthinam agere videbuntur. Probatur in arthritide frigida theriaca, qua auctor libri de theriaca ad Pis. c. 15. non nisi post totius corporis purgationem, tumorisq; articulorũ imminutionem aliquam cõuenire docet, redun-

lante ſiquidem in toto corpore humorȩ tumo-
reque articulorum nihil imminuto, theriaca fa-
cilè redundantem humorem ad loca affecta de-
duxerit, ex quo tumor incrementū accipiat. Con-
trà vbi vniuerſum corpus fuerit expurgatum, tu-
morq́; ſeſe remiſerit, quod ſupereſt humoris re-
dundantis theriacæ vi diſcutitur, locusq́; frigidus
& humidus à contrario alteratur. Eandē vim ha-
bent mithridatica cōfectio & ſal theriacalis, quo-
rum trium doſis eſt à ʒ 5. ad ℥ 1. In arthritide frigi-
da ligni guaiaci decoctū ab omnibus celebratur,
præcipuè verò quando arthritis ex redundātibus
humoribus virulentia venerea infectis produci-
tur. Sed quoniam decoctum guaiaci vt calidum
tenuisq́ue ſubſtantiæ, ex æquo in vniuerſum cor-
pus fertur, non magis autem ad articulos quàm
ad alias partes, idcirco optimum factu erit guaia-
co admiſcere iuam, ſtœchadem, triſaginem, & ſi-
milia, quorum ope ad articulos maiore ex parte
reducatur. Commēdantur quoque olea deſtilla-
ta de ſpica, de baccis lauri, baccis hederȩ, ex granis
ebuli, ex ligno guaiaco, è cera, ex oſſibus crema-
tis; quæ cum vehementiſſimè exſiccent, quædam
etiam inſigniter calefaciant, ſunt permiſcenda ad
2. aut 3. guttulas cum aliquo decocto frigidos ar-
ticulotum tumores reſpiciente. Ijs namque no-
tiſſimum eſt non tātum frigidam ſuperari arthri-
tidem, ſed vel vno guaiaci oleo diuturnam vene-
ream virulentiam funditus extirpatā fuiſſe. Pro-
bantur Aetio alijsq́ue paſtilli ex vipera, geniana,
aut hyperico: medicamentum ex æqualibus por-

tionibus

tionibus aristolochiæ, gentianæ, baccarum lauri & mirrhæ, tetrapharmacum nuncupatū in hunc vsum adhibetur. Nicolaus Alexandrinus scriptor Græcus libro de compos. medicam. c. 169. diatriō pipereon ad arthritidem frigidam maximè conferre testatur. Ad arthritidem verò calidam aquæ Virginis in agro Parauino, Calderij similiter aquę in agro Veronensi quotidianæ experientiæ testimonio egregiè conferunt. Sic decoctū salsę, dummodo ea, quòd flatulenta sit, cum discutiente aliquo permisceatur, vtpote cum aliqua portione guaiaci, simulque cum vehiculo quopiam salsam ad articulos deuehente, qualis est iua. Neque improbatur serum lactis caprini secundum Dioscoridem præparatum; eoque magis, si febris arthritidem comitetur. Hæc de materijs pharmaceuticis: nunc ad diæteticas transeamus.

De Aere, cibo, & potu. *Cap.* 58.

REmediorum ad viuendi rationem attinētium materiæ ab aere, cibo, potu alijsque rebus nō naturalibus necessariò occurrentibus capiuntur. Aer frigidus arthritidi inutilis atque noxius est, quandoquidem cutem condensat, qua constipata redundās humor plus iusto detinetur. Siccus verò aer quia materiam arthritidis effectricem absumit, nullo non tempore vtilissimus est. Calidus item sæpe, nonnunquam etiam temperatus: hic in arthritide calida, ille in frigida. Itaque aer frigidus & humidus, qualis ferè hyemalis, ad calidum siccumque alterandus est ignis adminiculo, quēadmodum faciunt balneatores, collocatis ægris

in cubiculis non longè ab hypocausto, in quo statis horis quotidie sudor ijs excitandus, quousque magnam partem arthritidis materia cõsumatur. Galenus libro de facilè parabilibus ad Glauc.c.23. non solum ischiadicos, sed podagricos, alijsque articulorum morbis affectos omnes tenui victu esse nutriendos ostendit; quòd is eodemmet Galeno teste 4.aphoris.2.& 4. Meth. 6. materiæ copiam minuat, quæ nunquam non affectibus illis adest. Quoniam verò constat victus tenuis cibis vel paucis, vel parum nutrientibus, vt perhibet Galenus in commento quarti aphorismi primæ particulæ, idcirco vel pauci, vel parum nutriẽtes cibi omnibus arthriticis exhibendi. Hippocrates aphorismo ꝓximè citato morbis diuturnis, quales plerunque sunt articulorum morbi, tenuem victum tradit non conuenire; nihil tamen præcipit ab eo, quod nos iam diximus, alienum, quoniã Hippocrates de victu tenui, & constituto eò loci loquitur, hoc est, à principio morbi vsque ad statum semper tenui administrato; nos autem de victu, qui aliquando tenuis est exhibendus, nõ semper: id quod accuratè intuitus Aetius tertio tetrabilium sermone 4.c.3. in exacerbationibus tantũ dolorum articularium vtendum esse victu tenui confirmat; exacerbationum nomine statum, vltimamque augmenti partẽ complexus. Hanc sententiam in Hippocrate adinuenit prima apho. 11. quo loco in statu, & parum ante statum cibũ esse subtrahendum docet. Optimè tamen monet Aetius ante exacerbationes ægrum esse nutriẽdum,

quod

quod eodem è loco desumpsit, subijciente Hippocrate prius vberius esse nutriendum. neq; profectò abs re in initio, & prima parte morbi articularis victu reficiente opus est, quandoquidem his temporibus vena secatur, pharmaca item exhibētur. Dicit autem Hippocrates 2. aphor. 16. vbi fames, laborandum non est, quibus verbis innuit eodem die, quo vtimur victu tenui, non esse secādam venam, aut purgationem moliendam; vicissim autem vbi purgandum, aut vena secanda, non esse vtendum victu famem excitante. Quare per interualla nutriendi arthritici, vt rectè adnotauit Aetius, maximè quando vena pertundenda, aut pharmacum euacuans exhibendum. Idem cum Galeno in eo consentit, quòd victum attenuantem arthriticis accommodatum existimet; nam Galenus libro de attenuantis victus ratione ca. 1. vno se victu attenuante quāplurimas arthritides curasse constanter affirmat. Cibos arthritidi conuenientes ibidem proponit Galenus, vt nobis nō sit necesse singulos enumerando percensere. Abstinendum est à carnibus crassæ, duræ valdeq; nutrientis substantiæ; probantur carnes pullorum, auium montanarum, columborum syluestrium; pisces saxatiles, & pisciculi saliti; inter fructus passulæ dulces, pistachia, cappares, iuscula deniq; ex panico, milio, hordeo; quæ iuscula in arthritide frigida, nisi pyrethro, pipere, cinamomo, aut similibus condiantur, non videntur profutura, licet tenuis victus sint materiæ. Contrà ad arthritidem calidam per se sola citra alterius adiectionem

permultum conferunt. Panis ex farina triticea, cui aliquantulum fæniculi, cumini, aut anisorum immiscetur, accommodatissimus. Quòd si bis coctus exhibeatur, minus adhuc nutriet, quamuis moderaté cocto minus attenuare, potiusque in crassos humores conuerti videatur, Galeno teste primo de alimẽtorum facultatibus c. 2. In arthritide calida prorsus à vino abstinendum, quòd intemperiem calidam foueat, ac redundantem humorem ad affecta loca deducat. In arthritide frigida vino vti licebit tenui, albo, oligophoro, verũ post idoneam totius corporis purgationem; ante quam humoribus ad locum affectum deferendis sine cōtrouersia vehiculo foret. Pro vino autem, quoties eo vti non licet, secunda decoctio guaiaci, vel salsæ vsurpanda.

De somno & vigilia, motu & quiete, excretione & retentione, animique perturbationibus. Cap. 59.

Somnus moderatus confert, non multus, aut profundus, vt qui redundãtis materiæ euacuationem prohibeat, caput repleat, fluxionemq; ad articulos exinde foueat. Quando verò præ doloris vehementia immodicæ vigiliæ ægrum exhauriunt, conciliandus somnus tum stupefaciẽtibus, tum alimentis medicinalibus ad somnum inducendum aptis, qualia sunt succus amygdalarum dulcium, lactuca, & similia. Exercitium moderatum & opportunum prodest plurimum: immodica contrà, aut intempestiua exercitatio semper molesta. Imò multi nõdum arthritici, vti ex Hippocratis sententia in superioribus ostẽdimus, ex nimia

nimia equitatione in iſchiadem delapſi ſunt. Venus arthritide laborãtibus maximè noxia: qua de cauſa ſcriptum reliquit Hippocrates, nec pueros, nec eunuchos reperiſſe ſe podagricos. Euacuationes conuenientes fouendę, ſuppreſſæ verò reuocandæ, exempli gratia, expuitio maſticatorijs familiaribus, per nares euacuatio errhinis, per poros totius inſenſibiles inſtrumento ſudorifico, vel iure præcalido. Omnes animi perturbationes fugiendæ; nam quamuis dolorem articularem quodammodo permulcere videantur, ſua tamen moleſtia non carent, qua ægrum variè afficiant atque affligent. Alacritas animi contrà non poteſt non prodeſſe, cum ſimplex ſit anodynon, facultatem ſenſitiuam ab obiecti moleſti perceptione diſtrahens, nullam ſecum ipſa moleſtiam afferens. Atque hæc ad communem ſtudioſorum vtilitatem de arthritide cum cognoſcenda, tum curanda; quo in opuſculo quid præſtiterim, omnium rectè ſentientium eſto iudicium.

FINIS.

